

B. M. II, 106.
h. 13, 6.

XAESOTYV
DISSERTATIO

II R
4624

DE
**JURIBUS SUPE-
RIORITATIS MAJE-
STATI COMPETENTI-
BUS,**

In qua breviter exponitur, quid sit Majestas, quem
penes illa in Imperio Romano fuerit, & nunc sit, & quæ
ejus jura, quæ alias Regalia vocantur.

Quam

Divina annuente gratia

*Authoritate & permisso Magnifici, Nobilissimi atque
Amplissimi Jctorum Ordinis in alma legum nutrice Salana
Patrocinante*

VIRO

Magnifico, Amplissimo & Consultissimo

Dn. ERASMO UNGEPAUR Jcto,
& Antecessore ibidem longè celeberrimo, Consilia-
rio Saxonico gravissimo, Facultatis Juridicæ Ordinario,
nec non Curia Provincialis & Scabinatus Assessore,
primario, Præceptore & Promotore meo
ætatem prosequendo,

Publicæ eruditorum disquisitioni subjicio

JOAN-FRIDERICUS SVESERUS,

Ad diem 18 Decembr.

Anno 1641.

BIBLIOTHECA
TONICKAVIANA

J E N Æ

Prelo LOBENSTEINIANO.

HALLE
UNIVERSITÄT

415

14



V I R O
GENEROSO NEC NON STRENUO
ADMODUM
DNO. WOLFGANGO NOBILI DE PLO-
THO BARONI DE ENGELMÜNSTER IN
Parey, Weiffand / Zerben vnd
Gerbstedt / 2c.

Dno suo Meccœnati atque Patrono magno perpetuo
officiorum cultu humiliter profe-
quendo.

*C*ur à Te, Vir Generose, patrociniū hæc theses regales audeant expe-
tere, multis ut dedicari non est opus: author ipse solus prodire in pu-
blicum erubescit, Te Patronum cliens cupit; quippe in quem, quod à Te gra-
to animo acceptum refert, Tua extant beneficia, singulari cum favore, quens
sibi perpetuum precatur, conjuncta. Sed nec quidquam redhostimenti re-
ponere potest, nisi hoc strenæ munusculum papyraceum, si non, ut ejus argu-
menti amplitudo svadet, satis eruditè excultum, tamen hoc in Illustri loco
Virorum Clarorum, Doctissimorumq̃, quos hæc alma Salana nutrit, cen-
surâ, collationeq̃, habitâ publicè probatum. Ex illo Tibi, quæ studia in Fi-
lium tuum deriventur, constare poterit, cum otii & negotii rationem illius
hominis perceperis, qui hoc exulceratissimo avo illucescentis novi anni infi-
nitas felicitates Tibi Tuisq̃, meritò humiliter & devotè apprecatur

Vir Generose,

T. devotissimus cliens

Joan - Fridericus Sveserus,
Author & Respondens.





THESIS I.

Homo est animal sociabile *Aristot. 1. Ethic. 2. & 3. Polit 4.* quod idem confirmat *1. Polit. 2.* ubi addit, eum, qui in societate communi esse nequit, aut bestiam aut Deum esse, quod sese ex illa cognatione, quam natura inter nos constituit *l. ut vim 3. ff. de just. & jur.* videatur eximere velle.

2. Societas illa consistit in ordine civili. Primitus cum sese homines in varia loca dispergerent, & partim sine legibus *Justin. lib. 1. c. 1. l. 2. § 1. ff. de O. I.* partim sine imperio viverent *Sallust. de bello Catil. c. 6.* crescente multitudine, quidam ex morum & lingvæ similitudine commixti, deinde beneficiis illecti, ob admirationem virtutum, quas in paucis conspexere, Reges creaverunt *Aristot 3. Pol. 10.* quidam etiam imperii cupiditate rudes ad resistendum populos vi & armis sibi subjecerunt, uti Ninus *Justin. lib 1. c. 1.* Nimrod *Gen. 10. v. 8.* (quem tamen Berosus Ninum fuisse asserit) Ex quo itaq; nationes in unam Reipub. formam coaluerunt, Monarchicum Imperium primum extitit *Justinus lib. 1. c. 1. & ibi Bernecc. in not. Limn. de jur. publ. lib. 2. c. 1. n. 42. Forstn. in not. ad Tacit. lib. 1. in initio.*

3. Ubi verò plures virtute pares extitere, civitates non amplius Regem tulerunt, sed commune quoddam quæsiverunt, & Respublicas constituerunt, *Aristot. 3. Polit. 11.* Atque ita enata est triplex illa politicis solennis rerum publicarum forma *Aristot. 4. Polit. 2. Vacon. à Vacuna lib. 6 declarat. 77. n. 5. Bodin. 2. de Republ. c. 1. Pet. Gregor. Tholos. de Rep. lib. 5. c. 1. n. 2. Arnif. lib. 2. de Republ. c. 1. sect. 5. n. 6.* quod idem & *Tacitus 5. Annal.* his verbis indicat: *Cunctas nationes & urbes populus aut primores aut singuli regunt.* Quæ singula formæ habent etiam sua opposita vitia.

4. Earundem finis est publica salus *Arist. 3. Polit. c. 4.*
Ob id enim exstructæ sunt civitates, non solum ut homines in
illis vivant, sed ut bene vivant *id. 3. Polit. 6.* remque publicam
cui nascuntur *l. 1 §. 15 ff. de vent. in poss. mitt.* & patriam cui
parendum *l. 2. ff. de I. & I. communi ope omnes & singuli ju-*
vent. Quia ἡ σωτηρία τῆς κοινῆς ἐστὶν ἡ πολιτεία, teste Philosopho *3. Polit. 3.*

5. Formalis rerum publicarum ratio in genere imperio
constat & subjectione, quæ non solum iisdem utilia, sed &
necessaria sunt *Aristot. 1. Polit. 3.* Nam plerique necessitati po-
tius quam rationi obediunt *10. Ethic. in fine.* & sicuti Medea
apud *Ovid. 7. Metam c. 1.*

Mens, inquit, aliud svadet, video meliora proboq̄

Deteriora sequor.

quoniam affectuum impetu ex
nimia licentia abripiuntur, imperio opus est, ut mali mores
coerceantur, sine quo alias societas hominum ulla vix confi-
stere possit *Carpzov. pract. crim. p. 3. q. 101. n. 13. & seqq.* Subje-
ctum ergo politices duplicem habet respectum; alterum ad
eos qui imperant, ad eosque qui parent alterum. Parere enim
& imperare specie differunt *Arist. 1. Pol 8.*

6. Imperandi illi facultati, ut exerceri possit, potesta-
tem divinæ quasi succedaneam adesse oportet, eam Majestatis
nomine indigitant: quæ quidem hic non designat authorita-
tem personæ & dignitatis reverentiam, ut in *l. pen. ff. de I. & I.*
l. si familia 9. ff. de jurisd. sed summam legibusque solutam po-
testatem, quam qui statui præest, obtinet in subjectos *Bodin. 1.*
de Rep. 8. Ampliff. Dnus Kamman. disput. regal. 1. th. 9.

7. Summa est, quia actus ejus alterius juri non sub-
sunt, nec alterius humanæ voluntatis arbitrio irriti reddi pos-
sunt *Grot. de jur. bel. & pac. lib. 1. c. 3. n. 7.* Accedit quod res-
publica sit ordo *Aristot. 3. Polit. 4.* In ordine autem necessa-
riò deveniendum est ad unum primum; quod quidem in
Monar. hico statu perspicuum est. In Aristocratia & Demo-
cratia, licet plures præsent imperio, quia tamen non singuli
sed omnes conjunctim imperant, unius locum subeunt, &
unum quid ex analogia sive conspiratione constituunt *Arnif.*
de jur. maj. lib. 1. c. 3. n. 1. Cum enim vir bonus ex perfecta

vir-

virtute judicetur *Aristot. 3. Pol. 3.* Et boni viri virtus boni principis virtus sit *ibid.* nihil prohibet multitudinem quandoq; meliorem esse quam pauci, non prout singuli, sed prout universi considerantur *3 Polit. 8.*

8. Majestas porro legibus est soluta, siquidem & Princeps iisdem non est alligatus *l. princeps 31. ff. de LL.* Non equidem divinis, quia & ipsa Principum potestas à Deo est *Rom. 13. v. 1 & Deut 17. v. 19. 20.* præcipitur Regi ut custodiat legem Dei, neq; ab ea declinet in partem dextram vel sinistram. Neq; etiam legibus naturæ, quia naturalia jura, utpote divina quadam providentia constituta, semper firma atq; immutabilia permanent, § *sed naturalia 11. Inst. de I. N G & C.* & jus naturæ semper æquum & bonum est *l. pœn. in pr. ff. de I & I.* Inde Princeps defensionem tollere non potest *Mascard. de probat. concl. 1163. n. 55.* neq; quidquam contra bonos mores statuere *l. 15. ff. de condit. instit. l. 188. ff. de R. I. l. 1. C. si adversus vendit.* verumq; est quod dixit *Bl. in d. l. princeps 31.* Principem esse sub lege poli, naturæ & rationis.

9. Nec etiam juri gentium contravenire potest, exindeq; legibus contractuum tenetur *Gail. 2. Obs. 55. n. 7. Rauchbar p. 2 q. 11. n. 4. & seqq. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1 m. 2. n. 32. Grot. de jur. bel. & pac. lib. 2. c. 14. n. 6.* Nam si resolutio contractus in manu Principis, nullus inveniretur, qui cum Principe contraheret, & sic careret omni commercio *Mascard. de prob. concl. 275. n. 29.* nisi contractus ille vergat in summum Reip. detrimentum *Zaf de feud. p. 3. n. 7. Bodin. de Rep. l. c. 8 circa fin. Arnif. de jur. maj. lib. 1. c. 7 n. 9.* aut sit contractus initus ab antecessore, qui sine jure iuvasit imperium *Arist 3. pol. 3. Grot. de jur. bel. & pac. lib. 2. c. 14. n. 14.* Hinc etiam leges imperii & capitulatio jurata ab Imperatore servatur *Schönborn 5. Polit. 8. Carpzov. de leg. Reg. Germ. c. 12. sect. 2. n. 3. & 5. & sect. 16. n. 2. & seqq. qui nec liber est à Recessibus imperii Carpzov. d. sect. 2. n. 13. & seqq. usq; ad fin.*

10. Ad intelligendum porrò quomodo LL. solutus sit Princeps, distinguimus cum *Bachov. ad §. eadem 7. Inst.*

quib. mod. testam. infirm. ex Aristot. inter regnum legitimum & *παμβασιλείαν*; itemq; cum eodem & Grotio de jur. bel. & pac. lib. 1. c. 4. n. 3. inter jus regis & ejus officium. Reges itaq; secundum leges, quales olim fuerunt Reges Ægypti *Diod. lib. 2.* Reges Laconici *Aristot. 3. Polit. 10.* & quidam Europæi (quia Europæ incolæ magis libertati quàm reliquæ nationes student *Aristot. 7. Polit. 7.*) qui una cum proceribus regni majestatem repræsentant, tantum abest, ut sint legibus soluti, ut potius, si legibus contraire studuerint, regno exuti sint, & adhuc exui possint. Et regum non plenè regnantium actus possunt irriti fieri per legem populi *Grot. de jur. bel. & pac. lib. 2. c. 14 n. 2*

11. Secus se res habet, si de absoluto & vero Monarcha quæstio sit. Legibus enim esse obstrictum, iisdemq; solutum esse, cum Majestate cohærere non possunt, cum apertè implicant; Ipse siquidem Princeps vim suam legibus communicat. Condere enim leges ad nullius quàm Majestatis jura pertinet *l. si imperialis 12. C. de LL.* facit autem id non ut inferior, neq; ut æqualis, sed ut superior. *Novel. 105. c. 2. §. fin. Magnif. & Amplis. Dnus Præses Exercit. 2. q. 5. in ajo.* Et quoniam talis reliquis virtute antecellere debet, injuria afficeretur, si cum reliquis eodem ordine censeretur *Arist. 3. Polit. 9.* Ubi & sequentia habet: *Nam talem probabile est esse tanquam Deum inter homines; quare & leges necesse est scribi in pares & genere & potentia: in hos vero nulla est lex, ipsi namq; sunt lex: etenim ridiculus sit, qui in hos leges conetur scribere.*

12. Cæterum, Principes humaniores de jure suo remittentes, licet soluti sint LL. tamen illis quodammodo ex officio vivunt, ut exemplo suo, quæ aliis præcipiunt, comprobent. *Licet enim, inquit, DD. Severus & Antoninus, legibus soluti simus, attamen legibus vivimus §. eadem 7. Inst. quib. mod. testam. infirm. jungel. digna vox 4. C. de LL. l. ex imperfecto. 3. C. de testam. l. ex imperfecto 32. ff. de legat. 3.* In quam sententiam etiam Guntherus Ligur. de Friderico Imperat. lib. 8. a. v. 474. junctis præcedentibus, canit:

Nam

*Nam nihil, ut verum fatear, magis esse decorum
Aut regale puto, quam legis jure solutum,
Sponte tamen legi sese supponere Regem.*

Quod & Theophilus Græcus Interpres *in d. §. 7* his verbis
comprobat: *δὲ θεομαρτυροῦντας τὴν ἐπὶ θεῶν φωνὴν ἐπὶ νό-
μα* *ἔχον.*

13. Aliis alio modo neq; absurdè legibus solutus est
Princeps, ut pœnis earum non teneatur *Harmenop. 1. tit. 1.*
ut nec judicari, nec puniri, vel in ordinem redigi à quo-
quam possit, nisi à solo Deo; adeoq; solutus sit quoad le-
gum vim coactivam *Fachin. contro. jur. lib. 1. c. 2.* Liber est
ab omni necessariâ legum observatione, Dione teste *lib. 53.*
his verbis: *ἔλευθεροὶ ἀπὸ πάσης ἀναγκαιᾶς νομίσεως εἰσι ἔδει-
νι τῶν γεγραμμένων ἐνέχουσαι*, ut nulla solennitate juris ad-
stringatur *l. 3. C. de testam.* nec judiciorum ordinem obser-
vare teneatur, *Gail. 1. Obs. 42. n. 2. Arnif. de sub. & exempt.*
cleric. c. 7. n. 29. v. præterea. Pruckman. de regal. c. 3. n. 81. & seqq.
Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1 c. 1. m. 2. n. 43. & seqq. Kam-
man. disput. regal. 1. th. 36. Carpz. de Lege Reg. German. c. 9.
sect. 12. n. 12. & seqq. & c. 12 per. tot.

14. Porro, quia Majestas quàm proximè ad Deum
accedit, inviolabilis est, & qui in eam peccat, criminis Ma-
jestatis reus dicitur; quod quidem crimen olim cum per-
duellionis crimine idem fuit, postea distinctum. Perduel-
lionis equidem crimen est, quod hostili animò adversus Im-
peratorem vel summum & universum statum Reip. Roma-
næ committitur. *l. fin. ff. ad L. Jul. Maj. l. quisquis §. C. eodem.*
Crimine autem Majestatis ita in specie dicto non summa
Reipubl. labefactatur, sed ejus pars quædam duntaxat.,
d. l. fin. ff. ad L. Jul. Majest. sed nec hodie discrimen illud strictè
observari tradit *Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 20. n. 12.* nos vide-
bimus.

15. Committitur id crimen non nisi à subdito *cle-*
ment. pastoralis 2. §. deniq; & §. seq. de sent. & re judic. Pere-
grin. de jur. fisc. lib. 5. t. 1. n. 18. Gail. 2. de Pac. pub. c. 13. n. 19.
Vult. 1. de jurispr. Rom. c. 47. n. 1. Carpzov. jurispr. for. p. 4.
const. 1. def. 14. n. 5. contra Principem summum aut univer-
sum

sam statum superiorem non recognoscentem *Bocer. de crim. les. maj. c. 2. n. 9. & de Regal. c. 3. n. 307. Besold. dissert. de majest. sect. 1. c. 4 n. 8.* Etiam hodie in Imperio Romano-Germanico, propter communicata quædam Majestatis jura Cæsaris cum Principibus, in Electores *A B tit 24. Dom Arum. disc. ad A. B. 6 n. 32.* An etiam in reliquos status Imperii, qui in consortium potestatis adsciscuntur? Affirmant *Carpzovius pract. crim. p 1. q. 41 n. 74 & seqq & n. 82. Treutl. vol. 2. diff. 32. §. 1. Paurmeist. de jurisd lib. 2 c. 2. Bocer. de regal c. 3. n. 307.* A quibus dissentiunt *Gomez 3. resolut. c. 2. n. 10. Johan. Fab. in procem. Inst. ad princ. n. 1. Wesembec in π. ff. ad L. Jul. Maj. n. 7 Borcholt. ad c. un. que sint regal. n. 89. Sixtin. de regal lib. 2. c. 20. n. 18. & seqq. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p 1. c. 1 m. 2. n. 162.* In Consiliarios tamen Imperatoris committitur hoc crimen improprie *Schneiderw. ad §. publica 3. Inst. de publ. judic. n. 3. Bocer. de regal. c. 3. n. 84.*

16. Ob atrocitatem suam, siquidem sacrilegio proximum est, *l. 1. ff. ad L. Jul. Maj.* habet hoc crimen specialia quædam. Conatus hic solus punitur *l. quisquis 5. in pr. C eod.* & accusare hic possunt famosi, milites, servi, mulieres *l. 7. & 8. ff. eod.* pater filium & vicissim; adeo ut si filius patrem, aut pater filium occiderit, id sine scelere fiat, & potius illi præmio afficiendi sint *l. minimè 35. ff. de religios. & sumt. fun Mascard. de prob. concl. 463 n. 9 & seq.* Accusare porro possunt Judæus Christianum *Mascard. ib. n. 13.* vassallus dominum *gl. ad §. 2. v. item si delator tit. 24. F. lib. 2.*

17. Præterea, ut quidam volunt, casus in hoc crimine in culpam transit, juxta illud *Ovidii Trist. 2.*

Nec veniam leso numine casus habet,
 ad exemplum *Ufæ* ob imprudentiam à Deo puniti *2. Samuel. 6. v. 6 7. 1. Paralip. 14. v. 9. 10.* Ideo *Gabriel Comes Mongomerius*, ut refert *Thuanus lib. 58 Histor.* quia ante annos quindecim *Henricum II.* in ludicro certamine imprudens lethali vulnere læserat, & ob id calamitatis publicæ invidia potius quam proprio crimine oneratus, securi percussus

cussus est, quo in loco author subneēit : *Ut hoc insigni exemplo omnes discant, solo casu, non tantum consilio nocētes effici, quicunq; vel imprudentes perniciem Principibus attulerint, vide & Forstner. ad Tacit. lib. 1. Annal. pag. 26.* Sed lis hæc est à legibus aliena, sine quibus loqui erubescimus. Iniquissimè tamen is, qui Basilium Imperatorem, sublimem à cervo raptum, discisso baltheo liberarat, ad mortem ejus jussu tractus est, propterea quod gladium in Imperatorem strinxisset *Zonar. in Basil. Arnis. de jur. Maj. lib 3. c. 6. n. 6.*

18. Rei Majestatis pœna non est uniformis, aliquando deportatio, aliquando etiam relegatio. *l. Metrodorum 40 ff de pœn. Bocer. de Regal. c. 3. n. 97. & seq.* ut plurimum tamen capitalis *l. quisquis 5. C. ad L. Jul. Maj. Carpzov. jurispr. for. p. 4. c. 1. def. 15.* cui accedunt infamia *d. l. 5. §. 1.* Confiscatio omnium bonorum *d. l. 5 in pr.* quæ quidem, licet ante damnationem eorum dominus sit *l. quesitum 15. ff. qui & à quib. man. lib non sunt,* ipsi jure quoad administrationem adimuntur *Gomez tom. 3. resol. c. 2. n. 17. Magnif. & Ampliss. Dnus. Praeses exerc. 16. quest. 8. in ajo. Gail. 1. de pac. publ. c. 19. n. 13. & lib. 2. c. 3. n. 15. Bocer. de regal. c. 3. n. 125.* ita ut post crimen contractum non possit de rebus suis disponere *d. l. 5 §. emancipationes l. fin. in pr. C. ad L. Jul. Maj.* statim enim commisso delicto perdit ea, quæ sunt juris, & eorum efficitur incapax *Peregrin. de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 171.* Non tamen hujusmodi reorum omnium bona statim Imperatoris fisco cedunt, sed mediatè subjectorum bona tam feudalia, quàm allodialia hodiè ad Electorum vel Imperii statuum fiscum devolvuntur, ut constat ex *capitul. moderni Imperatoris S. A. v. 28.* Item nec reus lugetur *l. liberorum 11. §. 3. ff. de his, qui notantur infam.* Nec sepeliendus est *l. 1. ff. de cadav. punit.* Et post rei mortem id crimen instaurari tolet, ut ejus memoria post mortem damnetur, & bona hæredibus auferantur & confiscentur *l. 7. pr. & l. fin. in pr. C. ad L. Jul. Majest.*

19. Quin & puniuntur reorum filii, infamiâ nempe & hæreditatum ablatione *d. l. 5. §. 1.* quia paterni hoc est hæreditarii criminis exempla metuuntur. Non tamen adoptivi *Magnif. & Ampliss. Dnus Praeses Exercit. 16. q. 7. in nego.*

B

Fi-

Filias tamen & uxores non æquè pœna tenet, sed illæ Falcidiam tantum ex bonis matris, sive testata sive intestata decerit, retinent *d. l. 5. §. 3.* Hædotem recuperant, & donata retinent ad vitam, quibus defunctis, excepta Falcidia, quæ filiabus debetur, exclusis filiis, ad fiscum deferuntur *d. l. 5. §. emancipationes & seq.* Nec licet pro talibus intervenire, sub comminatione infamiæ *d. l. 5. §. deniq. 2.* Et qui scit & intelligit, delictum esse committendum contra Principem vel rempublicam, & non prohibuit vel revelavit, dum potuit, tenetur pœna hujus criminis, ac si ipse fecisset *d. l. 5. §. id quod 6. Gomez tom. 3. resolut. c. 2. n. 8.* Nimis ergo insolenter Strigelius in notis ad Justin. lib. 1. Harpago crimen (de quo & Herod. lib. 1.) in suum regem Astyagen commissum purgat. Sequitur jam, penes quem in Imperio Romano Majestas olim fuerit, & penes quem hodie illa sit.

20. Initio Romani Imperii penes Reges Romanos Majestas fuit, qui illud Monarchicè gubernarunt, omnemq; potestatem habuerunt *l. 2. §. 1. 2. & 14 ff. de O. I.* post exactos deinde Reges degeneravit idem in Aristocratiam, gerique cœptum est à duobus Consulibus *Liv. lib. 2. Flor. lib. 1. c. 9. Eutrop. lib. 1.* Quorum potestati Val. Publicola ob declinandam affectatæ tyrannidis suspicionem multa detraxit *Liv. lib. 3. & 4.* adeo ut mixtum cœperit esse imperium ex Aristocratia & Democratia.

21. Successu temporis cum crudelitate fœneratorum plebs irritata in montem sacrum armata concessisset, ipsa sibi magistratum expressit, itaque primum sibi duos, postea verò decem Tribunos plebs creavit, qui Consulum potentiam non parum imminuerunt. Injuria porro Appii Claudii permota, cum alteram seditionem moveret, ejus secessione factum est, ut Decemvirorum potestas abrogata fuerit, donec seditione & importunitate plebis victi Patres concesserint, ut omnes magistratus à plebe crearentur, hoc facto jura Majestatis penes solam plebem fuerunt; atque ita Aristocratia Romanorum paulatim in puram Democratiam transfigurata est.

22. Sed

22. Sed postquam eversâ Imperii æmulâ Carthagine divitiæ honori esse cœperunt, & eas gloria, imperium, potentia sequebatur, hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malivolentia duci cœpit *Sallust. in bel. Catil. c. 12.* Hinc confenuit hic popularis dominatus, & in *avag-riav* conversus est, adeo ut omnia factionibus laboraverint. Proinde corrupta illa respublica, in qua vel invalidum auxilium legum, aut iisdem nullus locus erat *Tacit. 1. Annal.* (quasi injuriam facere id demum esset imperio uti *Sallust. d. loco.*) ad arma civilia properavit.

23. Populus itaque Romanus jam ferendæ libertati impar salvus esse non poterat, nisi beneficio servitutis *Senec. 5. de benef. c. 16.* Tot enim hominum millia pugnabant, non an servirent, sed cui *id. 2. de benef. c. 20.* necesse itaque erat reipublicæ per unum consuli *l. 2. §. 11. ff. de O. I.* nec fuit aliud discordantis patriæ remedium, quàm ut ab uno regeretur *Tacit. Annal. 1. & ibi Forstner.*

24. Cumque Cn. Pompejus & C. Jul. Cæsar, quorum hic in Repub. superiorem, ille parem pati nolebant *Flor. lib. 4. c. 2.* ambitione & mutua æmulatione agitarentur, Cæsar è Gallia, in qua ipse pacem fecerat, cum exercitu redux, vacuum urbem ingressus, se Dictatorem, & devicto Pompejo aliquoties Consulem fecit. Inde ubi bellis civilibus toto orbe compositis Romam rediit, agere insolentius cœpit, & contra consuetudinem Romanæ libertatis. Cum ergo & honores ex sua voluntate præstaret, qui à populo antea deferebantur, nec senatui ad se venienti assurgeret, aliaque regia & penè tyrannica faceret, conjuratum est in eum à LX vel amplius senatoribus, equitibusque Romanis. Ergo Cæsar, cum senatus die quadam inter cæteros venisset ad curiam, tribus & viginti vulneribus confossus est *Eutrop. lib. 6. circa fin.* Hic itaque prima Monarchiæ Romanæ fundamenta jecit, & sensim populi discordantis potestas imminuta est.

25. Sublatis Bruto & Cassio libertatis vindicibus exutoque Lepido & interfecto Antonio, Augustus à Cæsare adoptatus, abdicato Regis & Dictatoris titulo, solo Principis con-

tentus, Imperii Majestatem ad sese variis artibus traxit, devictis iis etiam, quorum ope inimicos vicerat. Hic ubi militem donis, populum annona, cunctos otii dulcedine pellexerat, insurgere paulatim, munia senatus, magistratum, legum in se trahebat nullo adversante; siquidem ferocissimi per acies aut proscriptione ceciderant *Tacit. Annal. lib. 1.*

26. Præterea concessione honorum & dignitatum, atque adoptione in Cæsarum familiam, integra etiam dum domo sua, dominationi suæ subsidia conquiverat, adeo ut populus respirare non potuerit, sed partim vi & metu, partim adulatione tuta & præsentia, quàm vetera & periculosa maluerint. *Tacit. d. loc.* Hinc effectum, ut, quod vi & armis invaserat imperium, ne non jure tenere videretur, siue modestia, siue simulatione (quod facilius crediderim) quasi depositurus idem, à Senatu Populoque Romano Lege Regia lata, eidem confirmatum sit.

27. Legem igitur Regiam sub Augusto latam confirmant *Dio lib. 53. Pet. Greg Tholos lib. 47. Syntagm. c. 20 n. 9. Pruckman. de regal. c. 3. n. 107. Matth. Steph. de jurisd lib. 2 p 1. c. 1. n. 77. & quos citat Limn. de jur. publ. lib. 1. c. 12 n. 67 & seqq.* Eam autem sub Vespasiano renovatam nihil impedit *Bachov. ad §. sed & quod Inst. de I. N. G. & C.* quæ lex de Principis Imperio lata est, qua populus ei & in eum omne imperium & potestatem suam concessit.

28. Hinc corrumpitur ex malè explicata formula populari *ei & in eum*, error statuentium, populum potestatem suam cum Principe tantum communicasse, & dedisse eam potestatem Principi non privativè, ut eam abdicaret, sed cumulativè, ut concurrentem cum Principe potestatem haberet. Refragantur enim huic sententiæ & politica principia & Historia, quæ manifestè arguit, statim sub Principibus Romanis puram Monarchiam extitisse, & si quod fuit temperamentum, illud ex indulgentia & conniventia Principum de jure suo remittentium fuisse *Bachov. d. §. & ad Treutl. vol. 2 disp. 32. thes. 1. lit. B.*

29. Neque

29. Neq; etiam melior Bocerus *in tract. de invest. feudi c. 3. n. 90. & 91.* qui hæc verba *in eum* idem vult significare, quod contra sive adversus ipsum Principem, quasi Principis potestas etiam contra se ipsam armata sit: præterquam enim quod natura correlatorum, quæ in imperando & parendo subsistunt, adeoq; ad minimum duo subiecta requirunt, huic sententiæ adversetur, illa juris textibus refellitur. Nam nemo se ipsum cogere potest *l. ille 13. §. 4. ff. ad Scutum Trebellian.* neq; sibi imperare aut se prohibere quicquam potest *l. pen. ff. de recept. l. Lucius 40. §. fin. ff. de fideicommiss. lib. 1. quod autem 7. ff. de donat. int. vir. & ux. & vis extrinsecus est Arist. 3. Ethic. 1.*

30. Hoc tam vastum imperium, quod mole sua laboravit, divisione in Orientale & Occidentale facta, foedè dilaceratum fuit, usq; dum Carolus Francorum Rex, cum jam annos regnasset XXXIII. à Leone III. & ab omni populo Romano, quem jam sæpius à Longobardis & aliis liberaverat, Imperator Augustus salutatus sit *Sleidan. de. 4. summ. imp. lib. 3. Arnif. de subj. & exempt. cleric. c. 7. n. 13. Limn. de jure publ. lib. 1. c. 5. n. 6. & seqq.* Qui idem ad Germanos, penes quos nunc continua serie est, transtulit. Orientale propter Christianorum discordias maximam partem in Turcarum potestatem concessit.

31. Translato igitur ad Germanos Imperio, ipsa Majestatis jura post Ottonum tempora Statibus Imperii unam cum ditionibus per infederationem communicari cœperunt; idq; jure hæreditario & irrevocabili, non jure magistratus *Conrad von Einsidel de regal. c. 3. n. 261.* adeo ut ex prima illa concessione Imperatoris sano sensu, quilibet, quoad subditos suos tantum possit, quantum Imperator in Imperio *Intrigliol. de feud. quest. 66. n. 2. Borcholt. de feud. c. 5. n. 37. & c. que sint regal. n. 8. Pruckman de regal. c. 4. m. 3. effect. 1. n. 22 Gail. de pac. publ. lib. 1. c. 6. n. 10. Thom. Michael de jurisd. concl. 45 Hilliger ad Don. lib. 17. c. 9. lit. H. Rauchbar p. 1. q. 13. n. 12 Rittershus. 1. part. feud 5. quest 15. Bocer. tract. de collectis c. 1. n. 22 & c. 4 n. 5. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. n. 40. Sutholt. de jurisd. th. 403. & 412. Lampad. de*

Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 3. n. 19. Carpzov. pr. crim. p. 1. q. 43. n. 12. & part. 2. q. 84. n. 21. & p. 3. q. 150. n. 22. & jurispr. for. p. 2. c. 2. def. 2. n. 2. & 3. & de L. Reg. Germ. t. 1. f. 13. n. 4. & 11. & seqq. Limn. lib. 4. de jur. publ. c. 8. n. 6. & seqq. Principesq; hodierni non sint magistratus Bachov. de action disp. 2. th. 8. lit. C. Besold. in diss. de majest. in genere sect. 1. c. 5. n. 4. Carpz. de lege Reg. Germ. c. 1. sect. 14. n. 4. & seq. Sed quasi Imperatores in suis terris Sutbolt d. loco th. 405. Quæ Principum cum Imperatore communicata potestas à Carolo IV. in A. B. tanquam per legem Imperii confirmata est, ut Principes aliq; Imperii Status non propriè solius Imperatoris, sed potius Imperii subditi & membra dicantur Besold. de stat. reip. mixto c. 1. n. 7.

32. Habet itaq; in Imperio Imperator quædam Majestatis jura sibi propria, atq; eatenus viget status Monarchicus; quædam cum reliquis statibus communia, & tum Aristocraticus Lampad. in *Rep. Rom. Germ. p. 1. c. 1. n. 61. & part. 2. c. 2. n. 12. & part. 3. c. 8. n. 14. & c. 14. n. 27. & c. 21. n. 11. confer Besold. diss. de stat. Reip. mixto c. 1. n. 4.* Summa enim potestas Imperii in comitiis in duos semisses distribuitur, quorum unum Cæsar, reliquum ordines universi habent, adeoq; Status Imperii conjunctim tantum potestatis obtinent in comitiis, quantum ipsemet Imperator Tob. Paurmeist. de *jurisd. Imp. Rom. lib. 2. c. 2. n. 20. Carpz. pract. crim. p. 1. q. 41. n. 75.* qui ibidem n. 82. sic concludit: *Potestas juræq; majestatis ad status Imperii non ut singulos, sed ut universos ex parte, eaq; non minima pervenerunt; Ergo & Principes & status in consortium Majestatis & Imperii sunt adsciti.* Quod idem innuit & de *Leg. Reg. German. c. 1. sect. 12. n. 7. & seqq.* quod quatenus sit ita, explicat d. c. 1. sect. 12. n. 1. & seqq. *junge c. 13. sect. 6. Lampad. p. 3. c. 8. n. 14.* Si ergo verum est, quod à potiori fiat denominatio *l. queritur 10. ff. de stat. hom.* Regnum verò quavis Aristocrata sit præstantius *Aristot. 4. Polit. 2.* Imperium illud Romano Germanicum potius Monarchicum quàm Aristocraticum nominari amat. *confer Carpz. de L. Reg. German. c. 13. sect. 10. n. 7. & 8.*

33. Atq; hæc de Majestate, quid illa sit, quomodo
in

in eam peccetur, & quem penes illa in Imperio Romano olim fuerit, & adhuc sit. Quoniam autem Majestatis notio in jure vetandi, jubendi & gubernandi totam Rempubl. consistit *Arnif. de jur. Mai. lib. 2. c. 1. n. 8.* atq; adeo illa summum quid est, explicare vires suas nequit, nisi & sint jura quaedam in signum supremæ eminentiæ ipsi soli competentia. Jura illa vel pertinent ad supremam Principis authoritatem, vel competunt quidem Principi summo in symbolum superioritatis, consistunt tamen etiam in reditu, & fisco concernunt. Utraq; vocantur generali nomine Regalia. Consistit enim Majestas in usu regalium, nec possunt regalia ab illa separari *Carpzov. de L. Reg. German. c. 13. f. 2. n. 18. & seq.*

34. Dicta sunt ea à REGE *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 1. n. 1.* vel quod soli Regi competant; vel quod illa censeantur regalia, quæ à Rege conceduntur *Vult. 1. de Feud. c. 5. n. 6.* vel quod sine iis neq; regnum consistere, neq; regiæ manus vis & dignitas elucescere possit. *Vacon. à Vac. lib. 1. declar. 9. Kamman. disp. regal. 1. th. 88.* ubi & alias rationes tradit. Regis verò nomine in jure civili & feudali quandoq; & Imperator vocatur *l. fin. pr. C. de LL. in verb. regalem sensum l. bene à Zenone 3. C. de quadr. præscrip. ibid: culmen regale c. un. 2. Feud. 54.* Sic Fridericus in *c. un. 2. Feud. 27. in pr. se Imperatorem postea in vers. si verò temerarius*, Regem appellat. Quo sensu & Lex Regia dicitur. Et qui hodie in casum demortui Imperatoris, vivo tamen eodem, sufficitur, Rex apud Germanos vocatur.

35. Quanquam autem eadem Imperatoris propria esse, & nemini nisi illi convenire olim *Bl. Isern. & Alvarot.* quos citat & sequitur *Vult. d. loco*, docuerint: tamen videmus, aliarum gentium Reges, Principes, civitates, neminem superiorem præter Deum recognoscentes, sua quoq; Regalia habere & conferre *Bocer. de regal. c. 1. n. 7. Conrad. von Einsid. de Regal. c. 1. n. 24.* (quia iidem plenitudine potestatis in statibus suis utuntur *Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 2 n. 80.* Et Rex quidem in suo regno Imperator est *Bertachin. in repert. in voc. Rex n. 42. & 52. Intrigliol. de feud. quest.*

quest. 8. n. 26.) Quod tamen *Vult. d. loco n. 7.* vult fieri ad exemplum Imperatoris; ubi & concludit: Pontificem & Principes Ecclesiasticos, quatenus Ecclesiastici sunt, non habere regalia, sed quatenus Principes & status Imperii sunt, quam postremam sententiam etiam probant *Gail. lib. 1. Obs. 30. n. 6. Bocer. de Regal. c. 1. n. 9. Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 3. s. 11. n. 11. & seqq.*

36. Definiuntur in genere Regalia esse jura, ei, qui superiorem non recognoscit, vel cui concessione aut præscriptione consuetudineve quæsitæ sunt, competentia, ad salutem & decus Reip. tuendum *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 1. n. 14.* Quam definitionem immeritò improbat *Conrad. von Einsid. de Regal. c. 1. n. 19.*

37. Acquiruntur Regalia, ut ex definitione constat, duob. modis: CONCESSIONE IMPERATORIS, ET PRÆSCRIPTIONE *c. super quibusdam 26. §. præterea extra de V. S.* & concedit ea Imperator non privativè, ut loquuntur Dd. sed cumulativè *Mynsing. cent. 6. obs. 99. Bocer. de Investit. feud. c. 3. n. 200.* nepe quib. absq; insigni dignitatis læsione alios investire potest Imperator, atq; ut ipsi nihilominus salva superioritas, recognitio & fides maneat *Mynsing. d. loco. Rauchbar. p. 1. q. 13. n. 13. & p. 2. q. 11. n. 31. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 1. n. 92.* Sive ut *And. Knich. de jur. Saxon. non provoc. verb. Ducum, c. 1. n. 16.* loquitur: salva semper majestate Imperii, id est, superioritate, majoritate & honore.

38. Præscriptione acquiruntur regalia, si quis per tempus immemorabile iisdem usus sit *d. c. super quibusdam 26. §. præterea. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 2. n. 65.* Exceptis iis quæ principi reservata sunt in signum subjectionis & superioritatis, ut tributum & census *l. competit. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. t. 8. n. 9. Bocer. de regal. c. 4. n. 47. Carpzov. jurisp. for. p. 2. c. 2. def. 2. n. 1.* Quin & observandum est, quod regalibus, & iis, quæ Imperatori reservata sunt, præscriptis, nunquam supremæ jurisdictiones præscriptæ censeantur *Borch. ad cap. un. que sint regal. n. 20.* Ea enim quæ generatim potestatem, & à qua

qua tota vis Reipub. dependet, continent, cum subditos ab obedientia essent exemptura, salva Reipub. communicari non possunt, cum directè ad Majestatem pertineant. *Arnif. de jur. maj. lib. 2. c. 2 n 6.*

39. Dividuntur Regalia in MAJORA & MINORA, *Borcholt. ad c. un. quæ sint regal. n. 3. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 1. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. Arnif. de jur. maj. lib. 2. c. 1. n. 8.* Quorum illa aliàs vocantur potiora *Zaf. epit. feud. p. 5. n. 13.* Regalia Majestatis & personalia *Bocer. de regal. c. 2. n. 4.* Et sunt in quibus suprema potestas & dignitas Majestatis consistit. *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 2.* Minora (Zasio communia) sunt jura ad filium Imperatoris spectantia *Borch. ad c. un. quæ sint regal. n. 5. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7.* De quibus in *c. un. 2. Feud 56.* ubi ea enarrantur, exclusis tamen quibusdam majoribus, quæ Imperator cum aliis communicavit.

40. Majora Regalia cum *Arnif. lib. 2. de jur. maj. c. 5. n. 16* subdividimus in ea, quæ vel ex ipsius Majestatis essentia prodeunt, qualia sunt, condere leges universales, potestas armorum, constituere magistratus, (vide *Dionys. Halic. lib. 4. Grot. de jur. bel. & pac. lib. 1. c. 4. n. 6.*) quæque hisce includuntur; & ea, quæ in ejus essentia non includuntur, summam tamen in Reipub. potestatem arguunt, hæc circa religionem (dissentit immeritò *Conrad von Einsiedel de regal. c. 1. n. 27.*) & rem numariam, huicque annexo jure illo, quod circa mensuras & pondera versatur, occupata sunt. Quibus adduntur & ea, quæ, cum minora sint, etiam ad majora diversâ ratione referuntur.

41. Majorum Regalium essentielle primum est, CONDERE LEGES UNIVERSALES *l. fin. §. 1. C. de LL.* Hoc enim est præcipuum caput Majestatis *Bodin. 1. de Rep. c. 10. Besold. de majest. f. 3. c. 2. n. 1.* Leges autem ad respublicas, non res ipsæ publicæ ad eas accommodandæ sunt *Arist. 4. Pol. 1.* Legalis virtutis laus est duplex, nempe si legibus latis pareatur, & si leges benè & prudenter instituantur *id. lib. 4. Pol. c. 8.* Nec Princeps solum novas leges fert, sed & veteres CONFIRMAT *§. 7. de concept. ff.* Et quemadmodum leges condere soli Imperatori concessum est, ita LEGEM INTERPRETARI solo dignum im-

*Kelfew. de Summa
Princip. gener. potest.
c. 2. p. 22.*

C

pe-

perio esse oportet *d. l. fin. §. 1. C. de LL.* Hodie tamen in Imperio Rom. universalem legem condit Imperator cum assensu & consilio statuum Imperii, mit den Ständen des Reichs / *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 11. Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 3. §. 1. n. 10.*

42. Insuper & ex occasione & evidenti utilitate Imperii LEGES MUTARE potest *A. Gell. noct. Attic. lib. 20. c. 1. Gail. de arrest. c. 2. n. 11. & seqq. Besold. de maj. sect. 3. c. 2. n. 8.* Et meritò culpatur Cato Uticensis, quod cum patria versaretur in ultimo discrimine, nimis antiquarum legum prisicque moris retinens, actiones suas instituebat, quasi fato delatus esset in Platonis Rempublicam, *Forstn. ad lib 6. Tac. annal. pag. mihi 431.* Necessitate tamen, & ut dixi, evidente utilitate svadente hoc faciendum, ne jus incertum reddatur *Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 3. n. 1.* aut ob legum mutationem vis & autoritas earum infirma reddatur *Arist. 2. Polit. 8.* Sæpè enim Reipub. conditio, simul & utilitas publica svadent, ut leges, quales quales sint, immotæ maneat; & obtinet hic quod Cleon apud *Thucyd. lib. 3.* ait: satius esse malas & immotas habere leges, quàm bonas & instabiles: proinde & sæpè malæ leges retinentur, ob vitandum majus malum, ne cum malis bona extirpentur, & vulnera ipsa curatione rescindantur *Flor. lib. 3. c. 23. & ibi Zevercot. in not. politicis.*

43. Cujus autem est condere leges universales, ejusdem etiam est iisdem derogare, quod fit CONCEDENDO PRIVILEGIA (intellige generalia) quæ olim lege 12. tabb. nisi centuriatis comitiis irrogari veritum erat; hodie tanquam jus singulare propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introducuntur *l. jus singulare 16 ff. de LL.* quæ concedere summæ legibusque solutæ potestatis est *Besold. 1. Polit. 4. n. 4. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 12. n. 8. & seq.* sunt enim gratiosæ Principum concessiones *Peregr. de jure fisc. lib. 1 r. 3. n. 15.* Et Imperator solus ea dat & confirmat *d. l. 1. §. fin. & l. 3. ff. de constit. Princip. §. 7 Inst. de I. N. G & C. Matth. Stephan. de jurisdic. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 153. Schönborn. 5. Polit. c. 16. Lampad. de Rep. Rom. Ger. p. 3. c. 14. n. 6.* Non autem nisi ex causa probabili, absq; læsione aliorum *Mynsing cent. 4. obs. 70. Kamman. regal. disp. 4. th. 103.*

Data

Data tamen intelliguntur semper salvo jure Superioritatis *Sixin. lib. 1. de regal. c. 5. n. 3. & seq.* arguuntque dantis superioritatem, & inducunt subjectionis speciem in persona accipientis *Reink. de reg. sec. & eccles. lib. 2. cl. 2. c. 8. n. 25.* Porro ejus etiam est PRIVILEGIA REVOCARE, cujus est eadem concedere, *Rauchbar p. 2. q. 11. n. 25. Matth. Steph. de jurid. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 158.* Sed cum varia sint privilegiorum genera, ideoque de iis, quæ inter regalia majora numerantur, in specie agemus.

44. Jus ergo hoc privilegiorum exercet Imperator, si quos ex plebeiorum numero eximit, eosdemque NOBILITAT *l. fin. §. 2. C. ubi senator. vel clariss. l. 3. & fin. C. de Consul. lib. 12. Matth. Steph. de jurid. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 1. n. 74. & seq. Bocer. de regal. c. 2. n. 7.* Qui ergo se nobilem dicit, cum non sit, præterquã quod crimen falsi subeat *l. eos 27. §. fin. ff. ad L. Corn. de fals. Wesemb. in π. ff. ad d. tit. n. 8.* etiam criminis majestatis reus est *l. 3. §. fin. ff. ad L. Jul. Maj. Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 3. s. 14. n. 48.* Confertur autem nobilitas non solum expressè, verum etiam tacitè, puta si quem Imperator non nobilem natu sibi consiliarium eligit *l. omnium 19. in pr. ibi: inter hos nobiles C. de testam. Bocer. de regal. c. 2. n. 8.* de quo principali judicio disputare sacrilegii instar est *l. sacrilegii 5. C. de divers. rescript. & l. disputare 3. C. de crim. sacrileg.* Cæterò quin & Rex alius in suo regno nobilitatis insignia dat. *c. super quibusdam 26. §. præterea de V. S. Matth. Steph. de jurid. lib. 2. p. 1. c. 2. n. 18.* quemadmodum & alia regalia jure superioritatis exercet.

45. Cæterum filii ex nobilitate patris nobiles fiunt, licet ante paternam nobilitatis dignitatem nati sint *l. senatoris 5. ff. de senator. l. filii 22. §. 5. ff. ad municip. l. senator 11. C. de dignitat. lib. 12. Carpzov. jurispr. for. p. 2. c. 10. def. 32.* Quod & in regnis observari quidam statuunt, ut jus primogenituræ non ex tempore dignitatis paternæ inceptæ, sed ex ætatis & naturæ privilegio æstimetur *Tiraquell. de nobil. c. 15. n. 7. Pet. Greg. Tholos. de rep. lib. 7. c. 9. Arnif. de republ. lib. 2. c. 2. s. 11. Bocer. de Regal. c. 2. n. 9. & seqq. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 7. n. 28. Kamman. regal. disp. 4. th. 30. Schultz. in syn. feud. c. 7. n. 65.* Quod tamen alii negant *Rein. Cors. 3. indagat. jur. c. 6. Magnif. & Amplif. Dnus Præses exercit. 2. q. 13. in ajo. Niell. disp. feud. ult. th. 2*

& quos citat *Schônborn. 2. Polit. c. 10.* Inter Principes etiam Imperii hoc jus primogenituræ non est beneficium patris, sed legis & consuetudinis, ideoque à patre in præjudicium aliorum filiorum in testamento dari nemini potest. *arg. l. eum qui 3. ff. de interdict. in verbis: quæ verò non à patre. Intrigliol. de feud. quest. 49. n. 110. & seq. Reink. de regim. lib. 1. cl. 4. c. 17. n. 67. & seqq.*

46. Cum hoc jure nobilitandi coincidit ORDINIS EQUESTRIS INSTITUENDI POTESTAS, quæ à nullo datur, nisi qui jura majestatis possidet *Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. n. 27. in verbo equites. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 1. n. 74. Besold. de maj. sect. 3. c. 8. n. 2.* Quin amplius indulgere potest Imperator, UT HOMO NOVUS, non sufficientes avos Nobiles habens, AD LUDOS EQUESTRES ADMITTATUR *Pruckman. de regal. c. 4. eff. 4. Matth. Steph. ibid. n. 77. & seqq.* Huc refertur & JUS AUREORUM ANNULORUM, quod à Principe conceditur *t. t. ff. & C. de jur. aur. ann.* in cujus locum hodiè successerunt INSIGNIA, quæ à Principe familiis & civitatibus conceduntur *Besold. d. cap. 8. num. 2.*

47. Eodem modo & Imperator REGES, ELECTORES, ARCHIDUCES, DUCES, PRINCIPES, MARGGRAVIOS, LANDGRAVIOS, PFALTZGRAVIOS, COMITES & BARONES CREAT *Zaf. epit. feud. p. 5. n. 2. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. c. 1. m. 2. n. 70. & seq. Bocer. de regal. c. 2. n. 57. & seq. Besold. diff. de maj. sect. 3. c. 3. n. 5. Carpzov. de L. Reg. German. c. 3. s. 13. n. 11. & seqq.* Sic Otto III. Boleslaum Poloniæ Ducem constituit Regem *Sleidan. de 4. summ. imp. lib. 3. Reink. de regim. lib. 1. cl. 2. c. 7. n. 57. Schônborn. 5. Polit. c. 15.* Fuitque Polonia feudum imperii usque ad Casimirum Regem *Limn. de jur. publ. lib. 1. c. 9. n. 59. & seqq.* Et Petrus Daniæ Princeps regium titulum à Friderico I. accepit *Reink. ib. Limn. d. loco num. 27. & seqq. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. num. 24. Bodin. de Repub. lib. 2. c. 3.* De Rege Bohemiæ, quæ adhuc est feudum Imperii, simile testantur *Reink. & Sixtin. cit. locis.*

48. De Electorum collegio & jure, quando cœperit, variè disputatur, quidam originis authorem Ottonem III. scribunt, *Matth Steph. de jurisd. lib. 2 p. 1. c. 5. n. 3 & seqq.* Lampadius *de Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 3. n. 2.* ad Friderici II. tempora refert. Alii asserunt illud tacito Principum consensu ortum paulatim irrepsisse, donec id tandem per A. B. Caroli IV. plenissimè confirmatum sit *Schönborn. 5. Polit. c. 32. Cöler. de jur. Imp. Germ. sect. 47.* Extra dubium tamen est, eos proximum à regibus locum obtinere, imò ipsis Regibus æquiparari *Warem. de Erenb. de fœd. lib. 1. c. 2. n. 147.* De Ducum appellatione disserunt præter alios *Zaf. Epit. feud. p. 5. n. 6. Limn. de jur. publ. lib. 4. c. 3. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 3. § 13. n. 24. & seqq.* Quorum Austriæ Duces soli Archiduces sunt *Schönborn. 5. Polit. c. 78. Vult. 1. de Feud. 4 n. 14.*

49. Qui Principes olim fuerint dicti, explicant *Lampad. de Rep. Rom. German p. 3. c. 2 n. 2. & Limn. de jur. publ. lib. 4. c. 2.* In jure vocabulo Principis propriè intelligitur Imperator *Intrigl. de feud. q. 8. n. 129.* Secundum analogiam etiam impropriè sumitur & cum additione, ut Princeps Imperii, quasi ab alio pendens, nempe Imperio *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. n. 37. & seqq.* Nos specialiter hic accipimus hanc vocem de eo, qui de Principatu, einem Fürstenthumb/ab Imperatore una cum dignitate eines Fürsten investitus est, quales recenset *Limn. d. loco. n. 6.* Ducum, Marchionum & Comitum nomina magistratuum & officiorum olim fuerunt *Reink. de regim. lib. 1. cl. 4. c. 16. n. 42. Limn. de jur. publ. lib. 4. c. 1. n. 7.* quæ uberius examinant *Zaf. de feud. p. 5. n. 6. & seqq. Intrigliol. de feud. q. 8. Vult. de feud. lib. 1. c. 4. n. 14. Reink. de regim. Secul. & Eccles. lib. 1. cl. 4. c. 12. 13. & 14. Limn. d. lib. 4. c. 3. 4. & 5.* Horum posteriores etiam de Baronibus tractant. junge *Besold. dis. singul. de Comitib. & Baronib. Imperii Rom. Germ. per totum.* Postea facta sunt hæreditaria nomina dignitatum, quæ perpetuæ manere & ad successores transmissæ sunt: *Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. 10. n. 8. & 9 Hillig. ad Donell. lib. 17. c. 9. lit. H.*

50. Atq; hi in jure feudali vocantur Capitanei regni *Zaf. de feud. p. 5. n. 3.* ceu capita quadam & vertices eminentes

res inter alios vasallos *Vult. de feud. lib. 1. c. 4. n. 14.* Investiunturq; feudis dignitatum ditionibus adhærentium *Frid. Mindan. lib. 1. de procesf. c. 19. n. 11. Andr. Knichen de subl. jur. Territ. c. 1. n. 221.* Qualia sunt Electoratus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus & Baronia *1. Feud. tit. 14. & 2 Feud. 1. 10.* Vocanturq; Feuda regalia *2. Feud. tit. 34* Nostris diversimodè tamè *Scepter vnd Fahnenlehen / Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 3. f. 11. n. 24. Schultz. in syn. feud. c. 7. n. 60.* Habentq; hæc regalia imaginem quandam Majestatis; quippe Electoribus & Principibus Imperii jus quoddam sublimè territorii competit, de quo *And. Knichen de subl. jur. territ. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 5. per tot. Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 3. n. 18. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 1. f. 12. n. 4. Limn. de jur. publ. lib. 3. c. 2. & lib. 4. c. 8.* Eorum jura facta tecta sese iisdem esse conservaturos, Imperatores sanctè pollicentur, uti constat ex capitulationibus Carol. V. §. 5. Ferdinandi I. §. vnd in allewege / Ferdinandi II. §. 3. & moderni Imperatoris Invictissimi §. 3.

51. Quemadmodum autem solus Imperator ista Regalia feuda confert, ita is solus ex causa indignis aufert, quod fit, si quando ex plenitudine potestatis in refractarios, rebelles & seditiosos des *H. Römischen Reichs Echter* tam immediatos quàm mediatos **BANNUM IMPERIALE IRROGAT**, privilegiis, dignitatibus & immunitatibus privat *Keink de Reg. sec. & Eccles. lib. 1. cl. 5. c. 6. n. 147.* Descriptio banni Imperii est apud *Gail. 2. de pac. publ. c. 1. n. 20. & Carpz. pract. crim. p. 3. q. 140. n. 13.* Et animadvertit Imperator in Duces, & principes tam seculares quàm Ecclesiasticos. Et seculares quidem puniuntur ordinaria banni poena expressa à *Gail. lib. 2. de pac. pub. per tot. ferè.* Ecclesiastici immediati, & principaliter Imperio subjecti privantur beneficiis, regalibus & privilegiis, quorum intuitu forum Cæsareum sortiuntur *Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 8. n. 8. Mynscent. 5. Obs. 58. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 1. n. 90. & seq.* An autem bannum Imperii à reliquis Imperii Statibus præter Imperatorem & ejus Cameram declarari possit, dubitatur? *Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 6. n. 8. & seqq. & lib. 2. c. 1. n. 27. Paurmeist de jurisd.*

jurisd lib. 2 c. 6. n. 2. 8. Modest. Pistor. p. 1. q. 26. negant. Carpz. pract. crim. p. 1. q. 36. n. 11. & seqq. & de L. Reg. Germ. c. 9. s. 10. affirmat, sed ea ratione, ut Status Imperii bannum decernant: at solus Imperator sive Camera idem exequantur. d. sect. 10 n. 21. & seq. Bannitos eos nemo recipere tolerareve, nec cibum subministrare potest, sed ii ut hostes Imperii persequendi sunt Pet. Denais. in jur. Cam. t. 49. n. 3. Gail lib. 2. de pac. pub. d. loco & c. 10. n. 4.

52. Atq; hæc ideo constituta sunt, quod Reip. intersit ne delicta maneant impunita *l. ita vulneratus 51. ff. ad L. Aquil. l. si operis 14. C. de pœn. ne impunitas audaciam tribuat delinquendi, l. si quis servo 20. C. de furt. Sed hæc utut sint constituta, tamen Princeps aliquando ex plenitudine potestatis DAMNATOS CONTRA VIM LEGUM AC JUDICIORUM LIBERAT Bod. 1. de Rep. c. 10. Heig. p. 2. q. 22. n. 6. Carpz. pract. crim. p. 3. q. 150. n. 17. Quod facit, si cui sine exemplo subvenit, l. 1. §. fin. ff. de const. princ. & pœnam ordinariam mitigat, aut ex causa remittit l. 1. §. 10. ff. de postul. l. 1. §. 10. C. de sentent. pass. Unde in Principe omnem pœnam arbitrariam esse ex multis deducit Peregr. de jur. fisc. lib. 4. t. 8. n. 15 ut etiam pœnas augere & majores indicere possit Alciat. in l. quos nos hostes ff. de V. S. Peregrin. d. loco n. 18. Uti ergo bannum Imperii per Imperatorem vel Cameram irrogatur: sic quoq; per Imperatorem vel Cameram quis A BANNO ABSOLVITUR Ordin. Cam. er. p. 2. t. 18. §. so auch in fin. Gail. lib. 2. de pac. pub. c. 18. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 165. Et cum Status Imperii regalia teneant, illis jus remittendi pœnas jure territoriali competit Pet. Theodor. in colleg. crim. disp. 10. th. 7. lit B. Carpzov. pract. crim. p. 3. q. 150. n. 22. & de L. Reg. Germ. c. 9. sect. 11 n. 24. Quo spectant quæ de gratiæ tribunali Thomas Campanella de Hispan. Monarb. c. 9. & Forstn lib. 2. ad Tacit. differunt. Jus tamen hoc gratiæ ita exercendum, ne justitia & gratia simul confundantur, nec cujusquam noxæ meritis compensentur Scip. Amirat. lib. 2. diss. ad Tacit. 7. Hinc Principem pœnam in delictis lege divina severè prohibitis remittere non posse, ostendunt Kamman. reg. al. disp. 4. th. 75. & seq. Besold. 2. Polit. c. 2. n. 19. v. 4. Carpz.*

Carpz. pract. crim. p. 3. q. 150. n. 29. & n. 39. & seq. & de L. Reg. Germ. c. 9. s. 11. n. 21. & seqq.

53. Indulgentia illa Principis sæpe ita remittit pœnam, ut nihilominus criminis infamia maneat *l. fin. C. de gener. abolit.* nonnunquam pœna corporalis convertitur in pecuniariam *Besold. de majest. sect. 3. c. 4. n. 3.* Ita proscriptionem potest Camera, quæ Imperatorem repræsentat, in pecuniariam pœnam convertere *Pet. Denais. in jur. Cam. t. 99. n. 5.* Aliquando non solum pœnam minuit aut remittit, sed & in integrum restituit *l. Divi fratres 27. l. ad bestias 31. ff. de pœn.* ut damnatus reorum numero eximatur, crimenq; aboleatur *l. abolitio 8. cum duab. seqq. & l. 12. ff. ad Setum Turpill. & RESTITUATUR FAMÆ ET HONORIBUS*, quæ restitutio est de majoribus regalibus *l. 1. §. 10. ff. de postul. l. 1. C. de sentent. pass. Bodin. l. 1. de rep. c. 10. Gail. de pac. pub. lib. 1. c. 19. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 20. Carpzov. de L. Reg. German. c. 9. s. 11. n. 4.* Tantumq; reddat absolutio, quantum abstulit condemnatio. Pari modo absolutus à banno non solum bonis, sed etiam famæ & honoribus restituitur *Gail. de pac. publ. lib. 2. c. 19. n. 1. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 1. n. 124. & seqq.* Hoc tamen modo Princeps gratiam faciendo, non potest tollere jus pœnæ quæsitæ parti privatæ *l. venia 2. junctâ Gloss. C. de injus vocando. Carpz. d. sect. 11. n. 6.* Quamvis dissentiat *Peregrin. de jur. fisc. lib. 4. t. 8. n. 16.*

45. Naturæ facultatis criminum condonandorum quodammodo affinis est **CONCESSIO ABSOLUTÆ ET PLENÆ SECURITATIS** sive **SALVI PER IMPERIUM CONDUCTUS**, vulgò Salvoguardia; & conceditur hæc securitas hostibus, bannitis, reis, hæreticis &c. Quæ inter regalia numeratur *Boet. de regal. c. 2. n. 235. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 18. Kamman. regal. disp. 1. th. 21. Besold. de maj. sect. 3. c. 6. n. 7.* Quia olim solus Imperator in signum supremæ eminentiæ eam delinquentibus concessit *l. relegati 4. in fin. ff. de pœn.* talis salvus conductus semel concessus servari, nec sine justa causa rescindi debet, *Pruckman. de regal. c. 4. m. 2. eff. 5. n. 22. Fachin. lib. 9. controv. c. 59.* postulat enim
hoc

hoc fides humana l. 1. in pr ff. de pact. l. 1. ff. de constit. pec. Securitas autem veniendi includit securitatem recedendi *Mynsing. cent. 1. obs. 82. Gail. lib. 1. obs. 52. n. 5. Kamman. regal. disp. 5. th. 18. Carpz. pract. crim. p. 3. q. 112. n. 7.* Et qui eum, qui saluum conductum talem habet, offendit, crimen majestatis committit l. 1. §. 1. in verbo: securitatem & ibi gl *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2 p. 1. c. 1. m. 2. n. 160. Carpzov. pract. crim. p. 3. q. 112 n. 76:* qui tamen poenam extraordinariam, pro judicis arbitrio, hoc casu irrogandam esse, juxta facti & personarum qualitatem cum aliis, quos allegat n. 80. arbitratur.

55. Cui præterea jus nobilitandi competit, eidem & **JUS CREANDI COMITES PALATINOS** tribuitur, ideoq; ad jura Majestatis spectat. *Besold. lib. 1. polit. c. 4 n. 49. Bocer. de regal. c. 2. n. 247.* Non intelligimus quidem hic illos Comites, qui de Comitatu aliquo sunt investiti, de quibus supra actum, sed eos, qui sic improprie vocantur, & vice Imperatoris, qui ipse omnibus in locis adesse nequit l. *magistros 7. C. de professor. & med. lib. 10.* actus nonnullos expediunt, qui alias non nisi ab ipso Imperatore essent expediendi, *Schônborn. 5 Pol. 15.* Iis non semper eadem potestas datur, proinde illa ex tenore privilegii est discenda. Nonnullis conceditur tantum Notarios sive Tabelliones creandi, spurios & naturales legitimandi; nonnullis insuper Doctores, Licentiatos, Magistros, Baccalaureos & Poetas faciendi: aliis adhuc famæ restituendæ &c. *Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. pen. n. 19. Reink. de reg. sec & Eccl. lib. 1. cl. 4. c. 13. n. 39.* Quid? quod & ex specialissimo privilegio Comites Palatini alios creent Comites Palatinos *Limn. de jur. publ. lib. 4. c. 4. n. 48. & seq. Carpz de L. Reg. Germ. c. 10 s. 10. n. 7.*

56. Ex potestate igitur Imperatoris sibi concessa **Comes Palatinus CREAT TABELLIONES SIVE NOTARIOS**, quod jus exinde ad majora Regalia refertur *Sixt. de regal. lib. 1. c. 2. n. 35 Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. Borcholt. ad c. un. qua sint regal. n. 4. Bocer. de regal. c. 2. n. 161. Besold. lib. 1. Polit. c. 4. n. 49.* Etiam **IN ADOPTIONE, QUÆ FIT PER ARROGATIONEM, AUTHORITYTEM CÆSARIS INTERPONIT** *Mynsing. ad §. fœmina 10. n. 3. Inst. de adopt. quod jus itidem regale est Sixtin. d. c. 2. n. 19. Bocer. de regal. c. 2. n. 136. & de jurisd.*

D

c. 49

c. 4. n. 21. v. similiter Kamman. regal. disp. 4. th. 95. Besold. de maj. sect. 3. c. 5. n. 7. Privilegiorum etiam species sunt, jus concedendi facultatem erigendi Academias, easdemque privilegiis dotandi; & jus creandi Doctores, Licentiatos & Magistros; verum de utroque hoc jure incidenter infra.

57. Ut etiam omnes sciant, legitimis matrimoniis legitimam sibi posteritatem quærendam *l. legem Anastasi 7. C. de natural. lib.* dura lex est, quæ spurios & illegitimo thoro natos castigat. Regulariter enim nullius rei paternæ capaces sunt; nec filii nominandi, nec alendi de jure civili *Novel. 89. c. 18. auth. ex complexu C. de incest. nupt. Mynsin. cent. 1. obs. 35. & cent. 4. obs. 31.* Verum cum misericordia digni sint, qui non suo, sed alieno malo laborant. *d. l. 7.* Imperator ei, quem alterius culpa premit, subyenit, & abstergendo vitium SPURIOS LEGITIMAT, eosdemque naturæ sive natalibus restituit *t. t. C. de jur. aur. annul. & Novel. 89. c. 9.* Ita ut omninò ingenuitatis jure utantur *l. quæris 3. ff. de natal. restit. Sixt. de regal. lib. 1. c. 2. n. 20. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 122.* Atque ita per rescriptum Principis legitimatus plenè restituitur ad omnes gradus successionis & honores, perinde ac legitimo matrimonio natus *Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. p. 1. c. 6. m. 1. n. 49. Carpz. jurispr. for. p. 2. c. 6. def. 16.*

58. Privilegii porrò species est JUS CIVITATIS. Peregrini enim ferè ubique à muneribus publicis & potissimum magistratibus submoventur *Bodin. 1. de Rep. c. 6.* neque illi de jure civili testamentū facere possunt *l. 2. ff. ad L. Falcid.* (quamvis Fridericus II. in *auth. omnes peregrini C. commun. de success.* illud abrogaverit) neque hæredes institui, *l. 1. C. de hered. instit. & ibi Gothof.* Proinde ut civium jurium capaces fiant, imperiali indulgentia indigent. Ita Antoninus Imperator civitatis jus, quod antea magno constitit, omnibus in Imperio Romano degentibus concessit, *l. in orbe 17. ff. de stat. homin.* In Gallia hodiè defunctorum peregrinorum bona omnia Regis fisco cedunt *Eguin. Baro in comment. Instit. sub tit. de nupt. Pet. Greg. Tholos. de Rep. lib. 9. c. 1. n. 23. Kamman. regal. disp. 8. th. 16. Besold. de maj. sect. 3. c. 7. n. 6.* quod jus Albinagii *droit d' haubeine* vocatur, & regalibus fisci annumeratur. Et hæc ibidem ubivis ob-

obtinere, nisi privilegio, quod vocant *lettres de naturalité*,
testandi facultatem à Rege impetraverint, de quo *Bodin. 1. de*
Rep. c. 6. Gôlniz in itiner. Belgico-Gall. in descriptione Gandavi.

59. Non sicco, ut dicitur, pede hic prætereundum, per
jus civitatis alios intelligere **JUS CONDENDI CIVITA-**
TEM, quod vocât, spiritû & vitam vico dare, quod penes Im-
peratorem sit metropolin *l. un. C. de metrop. Beryt. lib. 11. & alias*
civitates constituere Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 1.
m. 2. n. 114. & seqq. Besold. de maj. sect. 3. c. 8. n. 11. quod jus mu-
niendi muros & portas nemini competit, nisi Principi, & cui
hoc indulget *l. sacra 9. §. muros 4. ff. de R. D.* Hinc castella, loca
munita, & civitatum seditiosarum muri sæpe diruuntur,
nec semper licet propè civitatem castrum ædificare *Gail. lib. 2.*
obs. 69. n. 23. & 24. Matth. Steph. d. loco. n. 120. & seq. Hinc
cum anno 1612. Principes Juliacenses civibus Coloniensibus
propter religionem Coloniâ egressis permetterent, ut Mul-
heimium ædificarent, civibusque ibi privilegia concederent,
protestantibus Coloniensibus ædificatio illa prohibita est ab
Imperatore *Calvis. in Chronolog. ad annum Christi 1612. &*
1614.

60. Hujus loci est **JUS RECIPIENDI JUDÆOS**,
quod recessu deputationis de anno 1577. *tit. 20. in pr. omni-*
bus habentibus regalia concessum Sixtin. de regal. lib. 1. c. 5.
n. 19. Et licet plurimi Principes à tali regali exercendo ab-
horreant, adeò ut inter Politicos disputetur, an in Rebuspub.
Christianorum Judæi sint tolerandi; eos tamen certis condi-
tionibus recipiendos esse placuit *Sixtin. d. loco. n. 24. Conrad*
von Einsidel de regal. c. 2. n. 283. Si ergò iisdem in provincia
vel civitate collegium vel domicilium est concessum, inque-
tandi non sunt *l. die sabbathi 13. l. nullus 14. C. de Judæis & cœ-*
lic. ab omnibus autem dignitatibus & officiis publicis inter
Christianos repelluntur l. ult. C. d. t. c. ex speciali 18. extra de
Judæis. ne occasione honorum & officiorum in Christianos,
quos odio capitali prosequuntur, grassentur *Petr. Greg. Tholos.*
lib. 4. de rep. c. 5. n. 23.

61. Legibus etiam detrahit Imperator, quotiescun-
que **REMITTIT JURAMENTUM AD EFFECTUM**
D 2 AGEN-

AGENDI. Wann er einem seine gegebene Verpfeh gegen den
 Herrn/ so ihn also verurpfehdet hat/ relaxiret / damit er sich ge-
 gen selbigen Rechtsens gebrauchen möge. *l. fin. pr. ff. ad muni-
 cip. l. pen. C. de transact. l. ult. C. de non num. pec.* Quamvis
 enim omne juramentum, quod in alterius præjudicium non
 redundat, nec in æternæ salutis dispendium vergit, servan-
 dum sit *e. cum contingat 28. extra de jurejur.* illudque vicem,
 rei judicatæ, & speciem transactionis obtineat *l. 1. in pr. ff.
 quar. rer. act. non datur l. 2. ff. de jurejur.* tamen sæpè con-
 tingit ob iniquitatem contractus, renunciationis, transactio-
 nis, vel ob aliam causam, ut quis mereatur absolvi *d. l. fin. pr.
 ff. ad municip. Gail. lib. 1. obs. 22. n. 1. obs. 25. n. 2. & seq. & lib. 2.
 obs. 42. per tot. Myns. cent. 2. obs. 57. & cent. 3. obs. 99. Rauchb.
 p. 2. q. 4. n. 81. Carpzov. jurispr. for. p. 2. c. 36. def. 2. n. 2.* Hodie
 relaxatio juramenti quoad effectum agendi tam ab Impéra-
 tore, quàm Imperiali Camera fieri potest, exclusa sententia
 Canonistarum *Gail. 1. obs. 25. Myns. cent. 3. obs. 99. Matt. Steph.
 de juris d. lib. 2. p. 1. c. 3. n. 150 Rauchbar d. loco n. 82. Carpz. d. const.
 36. def. 1. n. 7.* Etiam à statibus Imperii & Principibus secula-
 ribus protestantibus *Zanger. de exception. p. 2. c. 1. n. 147. Carpz.
 de L. Reg. German. c. 9. §. 12. n. 7. confer constit. Elect. Aug. 36.
 parte 2.*

62. Species privilegii hujus loci quod Imperator con-
 cedit est IMMUNITAS *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 22. Matth.
 Stephan. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 150. Besold. de maj. sect. 3. c. 4. n. 15.*
 Munus enim ad civilem administrationem relatam, & onus
 & officium significat, quod necessariò obimus, lege, more,
 imperiòve ejus, qui jubendi habet potestatem *l. 18. l. 214. ff. de
 V. S. & ibi Gædd.* Et nemo ab eo excusatur, ne quidem obla-
 tione pecuniæ *l. estimationem 16. in pr. ff. de munerib.* exceptis
 quibusdam personis LL. expressis, de quibus *tit. ff. de vacat. &
 excus. mun.* Et quoniam Princeps supra leges est *Nov. 105. c. 2.*
 ideo excusare se possunt, quibus immunitas, h. e. vacatio à
 summo Principe concessa est *Wesemb. in π. ff. tit. de jur. immu-
 nit.* Similiter Princeps alicui ob merita indulget *l. 1. §. fin. ff. de
 Const. Princ.* quod facit concedendo immunitatem à tributis
Theoph. ad §. 6. Inst. de I. N. G. & C. Sixtin. d. loco.

63. Minoribus etiam indulget Imperator DANDO
iisdem VENIAM ÆTATIS. Cum enim iis ætas impedi-
mento sit *pr. Inst. de iis per quos ag. poss.* Ut agere quidquam
prohibeantur *l. in questione 13. §. minores C. de sentent. pass.* I-
deo ipsis rei suæ administratio interdicta est *l. 1. in pr. & §. fin.*
ff. de min. nec iis honor committitur *l. ad remp. 8. ff. de mu-*
ner. l. non tantum 11 ff. de Decurion. si tamen adolescentes sint,
qui honestate morum præditi paternam frugem & avorum
patrimonia gubernare velint, super hoc Imperiali auxilio
indigent *l. omnes 2. & t. t. C. de his qui ven. atat. imp. l. denig.*
3. pr. ff. de minor. Iisq; etiam honor potest deferri *d. l. 11. ff. de*
Decur. in verb. nisi ex causa. Hac ratione Electorum filii
sub tutela proximioris agnati usq; ad XVIII. ætatis annum
sunt, *A. B. Carol. IV. c. 7.* Exempla huc facientia recenset
Reink. de reg. sec. & Eccl. lib. 1. cl. 3. c. 12. n. 57.

64. NUNDINARUM ET MERCATUUM CON-
CESSIO hujus ordinis est *l. 1. ff. de nund. l. un. C. eod.* Diffe-
runt nundinæ & mercatus ratione magnitudinis. Sunt enim
nundinæ magni mercatus; contra mercatus quasi parvæ
nundinæ *Cujac. in π. C. Gothof. in not. & Pacius in anal. Cod.*
ad d. tit. de nund. A quibus differt emporium hebdomadale
Der Wochenmarkt Bocer. de regal. c. 2. n. 239. Schulz in syn-
feud. c. 7. n. 116. Secus ac sentiunt *Obrecht & Sichard.* quos
citatur & sequitur *Arnif. de jur. maj. lib. 2. c. 3. n. 18.* quod ta-
men non est de regalibus, adeoq; sine privilegio seu indul-
tu superioris constitui potest *Bocer. d. loco Kamman. regal.*
disp. 6. th. 6. Conceduntur verò nundinæ & mercatus ita,
ne vicini, quorum interest, lædantur, quasi prohibere ve-
lint, audiendi *Gail. 2. Obs. 69. n. 24. & 25. Matth. Stephan. de*
jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 101. Kamman. d. disp. 6. th. 7. Bocer. de re-
gal. c. 2. n. 239 v. nunquam.

65. Nundinæ hæc habent publicam securitatem *d. l.*
un. C. de nund. ut nemo privati debiti causa ibidem inter-
pellari possit, *d. l. un. & l. solet 3. §. 2. ff. de feriis.* Nisi quis ibi
vel contraxerit *l. heres 19. §. 1. & 2. ff. de judic. Wesemb. in π. ff.*
de nund. n. 2. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 1. c. 29. n. 52. quan-
quam secus sit de jure Saxon, *Carpzov. jurispr. for. p. 1. const. 30.*

def. 26. vel in illo loco se soluturum quis promiserit, *arg. l. 8. § 1. t. ff. de eo quod cert. loc. Treutl. vol. 1. disput 4. th. 2. lit. e.* aut si huic privilegio expressè fuerit renunciatum, *l. si iudex 41. ff. de minorib. l. penult. C. de pact. Carpz. d. loco def. 27. Schulz. in syn. feud. c. 7. n. 120.* Amittitur hoc privilegium nundinarum, ut reliqua, quæ in faciendo consistunt, per non usum decennio, *l. 1. ff. de nund. Gail. 2. Obs. 60. n. 1.* Potest & Princeps hoc jus ex causa revocare, & alii civitati conferre *Kamman. d. disp. 6. th. 10. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 99.* Cum hoc jure ferè idem est **JUS STAPULARUM.** Stapula ad unum mercium genus directa, nec tamen tempore, ut nundinæ coarctata est, qua sistuntur & stabulantur merces exoticæ & domesticæ, venumq; prostituuntur. *Gölniz in itin. Belgico-Gall. in descript. Bruga.*

66. Nec minus naturam privilegii sapit **JUS CONCEDENDI INDUCIAS MORATORIAS** *Anstandsbrieffe* quæ non nisi ab Imperatore conceduntur, *l. fin. C. qui bon. ced. poss. l. universa 4. C. de prec. Imp. off.* quo beneficio gaudent debitores, qui propter adversam fortunam, malamq; temporum conditionem ad inopiam redacti sunt, non decoctores qui in decoctione dolum admiserunt *l. sed si. ex parte 4. §. quanquam. 2. ff. quod cum eo qui in al. pot. Straccha de decoctor. p. 6. n. 20.* Et quia per eas jus creditorum ad certum & modicum tempus suspenditur, ideoq; pro ratione temporum hæc dilationes induciæ annales, item quinquennales *d. l. fin.* appellantur. Solet & dilatio quinquennalis à majori parte creditorum concedi, cum decoctor paratus sit bonis cedere, de qua *Straccha d. loco* quæ huc non spectat. Huic annexum est quoq; **JUS EX CAUSA CONCEDENDI NOVAS TABULAS**, quas Princeps aut supremus magistratus debitoribus concedit, ut ii debitas pecunias cum usuris creditoribus perolvere non cogantur, sed novæ tabulæ conficiantur, extinctis usuris, de quo est apud *Cesar. de bell. civ. lib. 3. Livium lib. 32. Justin. lib. 16.*

67. Secundum jus Majestatis essentielle est **BELLI INDICENDI ET GERENDI POTESTAS**, quod vel omnium maximum imperii jus vocat *Clapmar. de arcan. rerump.*

rump. lib. 1. c. 20. in pr. Ab hoc jure differt JUS CONCE-
 DENDI ALIIS LICENTIAM MOVENDI BELLUM,
 quod itidem majoribus regalibus annumeratur, *Sixtin. de*
Regal. lib. 1. c. 2. n. 10. & lib. 2. c. 1. n. 16. Kamman. Regal. disp. 5.
th. 63. licet utriusq; tractatio una sit. Ante L. Regiam qui-
 dem populus hoc jus habuit *l. hostes 24 ff. de captiv. & post-*
lim. rev. Bodin. lib. 1. de Rep. c. 10. Arnif. de jur. maj. lib. 2. c. 5. n.
12. v. quamdiu. per L. Regiam verò soli Imperatori proprium
 est *l. un. C. ut armor. usus. l. neminem 17. C. de remilitari lib.*
12. Et committit crimen majestatis, qui injussu Principis
 bellum gesserit, dilectum habuerit, exercitumvé compara-
 verit *l. lex 3. ff. ad L. Jul. maj. Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 4. n. 9.*
 Pacifragi quoq; ipsi jure & facto proscripti sunt. *Denais. in jur.*
cam. tit. 215. n. 1.

68. Præter auctoritatem autem Principis bellum
 indicendi subesse debet justa & necessaria causa *Sixtin. lib.*
2. de regal. c. 1. n. 21. Et justè quidem movemus bellum ob
 defensionem *l. ut vim. 3. ff. de I. & I. l. scientiam 45. §. 4 ff. ad*
L. Aquil. quæ præter regiones & personas etiam respicit re-
 ligionis exercitium *Bodin. de Rep. lib. 4. c. 7. Stephan. Jun.*
Brut. de jur. magist. c. 10. Kamman. regal. disp. 3. th. 29. Reink. de
regim. lib. 2. cl. 3. c. 2. n. 7. Sic Constantinus Imperator reli-
 gionis intuitu Licinium bello adortus est, *Socrat. Histor.*
Eccles. lib. 1. c. 2. Secus est in religione propaganda *Warem.*
de Erenb. de fœder. lib. 2. c. 1. n. 81. aut si fides abnegetur *id. n.*
77. Carpzov. ad L. Reg. German c. 4. s. 6. n. 13. & seq. Defen-
 dimus etiam ab injuria socios, amicos; etiam alios homi-
 nes, nisi manifestum sit periculum *arg. l. culpa 50. ff. de R. J.*
Arum. disp. w. 1. th. 6. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 25. n. 4.
5. & 7. Breviter: bellum, quod pro defensione propria susci-
 pitur, aut rerum suarum, aut recuperandis rebus ablatis,
 pro defensione patriæ aut civitatis suæ, aut contra subditos
 rebelles, & omnium maximè quod geritur contra infide-
 les Turcas perpetuos fidei Christianæ hostes, justum & li-
 citum est *Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 4. n. 40. Carpz. de L. Reg.*
Germ. c. 4. s. 2. & s. 3.

69. Hodie in Imperio Romano-Germanico de belli decernendi negotio deliberatur in Comitibus inter Imperatorem & Electores, qui Proceribus belli causam proponunt, (cum etiam aliâs absq; præscitu eorum bella Principibus vix sint aggredienda, & subditorum consensu mota plus habeant roboris *Comineus lib. 5. c. 18.*) quibus si æqua videatur, lege comitali bellum decernitur *Denais. injur. Camer. tit. 52. n. 4. Carpzov. de L. Reg. German. c. 4. n. 17. & sect. 1. n. 13. & 17.* quod etiam ex capitulationibus constat. Sin autem imperium bello petatur, suo arbitratu Imperator arma expedit. *Lampad. de Rep. Roman. Germ. p. 3. c. 19. n. 17.*

70. Præterea & Principibus Germaniæ ex antiquissimo libertatis prætenso jure concessum est, conscribere milites in propriam & aliorum salutem, modo observarint formam in Constitutionibus Imperii expressam, in primis *recess. anno Christi 1555. 1570. 1576. 1582. 1594. & 1598. Warem. ab Erenb. lib. 1. de fæder. c. 2. n. 56.* Et ut id fiat ex voluntate circuli istius Ducis *Denais. injur. Cam. tit. 190. n. 4.* Et cum pacem publicam non turbet, qui dominicæ potestatis jure utitur, punire licitè potest dominus subditos suos inobedientes, contumaces, refractarios & rebelles, etiam hostiliter & armata manu *l. si quis forte 6. §. si quos comitum ff. de pæn. Gail. de pac. pub. lib. 1. c. 2. n. 19. & seq. Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 20. n. 5.* In tantum ut superioris avocatio locum non habeat *Reink. de regim. lib. 2. cl. 3. c. 1. n. 24. & quos ibidem citat.*

71. Belli finis est PAX *Arist. 7. Polit. 14. Gail. de pac. pub. lib. 1. c. 4. n. 19. Grot. de jur. bel. & pac. lib. 1. c. 1. n. 1.* Δεῖ μὲν γὰρ ἀρχολεῖν δύνανται καὶ πολεμεῖν, μᾶλλον δ' εἰρήνην ἄγειν καὶ ἀρχολαΐζειν *Aristot. ibid.* modò ea pax sit tuta & honesta *Bodin. de Rep. lib. 5. c. 5. Reink. de regim. lib. 2. cl. 3. c. 1. n. 5.* Et hæc constituitur ab illo, penes quem est summa rei, *Grot. lib. 3. de jur. bel. & pac. c. 20. n. 2. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 59. Besold. de maj. sect. 3. c. 6. n. 6. Reink. de regim. lib. 1. cl. 2. c. 2. n. 128.* Si quis alius pacem sponderit, illaq; à superiore improbetur, ex tali sponsione sponsoris

toris bona primum ad id quod interest, & si ea non sufficiant, corpus ad servitutem obligantur *Liv. lib. 9. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 15. n. 16.* Huc spectat etiam GENERALIS *civitas* CONSTITUTIO, item PAX PUBLICA, der Landfrieden / & PAX RELIGIONIS.

75. Quoniam verò Principes non uno remedio pacem bellumve tuentur, hinc fit, ut MUNITA LOCA IN SUAM POTESTATEM RECIPIANT, PORTARUM CLAVIUMQUE CUSTODIAM HABEANT, *Kāman. Regal. disp. 5. tb. 67.* PRÆSIDIA DISPONANT, URBES, OPIDA & CASTELLAMUNIAN, FOEDERA PANGANT *War. ab Erenb. lib. 1. de fœd. c. 2. n. 57.* INDUCIAS FACIANT, LEGATOS & OBSIDES MITTANT, quæ omnia cum belli pacisque jure conjunctam habent causam. Et jus quidem muniendarum urbium regium est, nec cuiquam invita Majestate usurpandum *Arnif. de jur. maj. lib. 2. c. 5. n. 8.* Planè jus belli ac fœderum pari passu ambulant *Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 1. n. 55.* neque hæc feriuntur nisi à superiore non recognoscente, aut si ab alio, superioris auctoritate. Indeque majoribus Regalibus rectè annumeratur *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 1. n. 29. Kamman d. disp. 5. tb. 78. Reink. de regim. lib. 2. cl. 3. c. 3. n. 24. & seqq. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 6. s. 1. n. 4.* Hodie Imperator de rebus Imperii cum exteris nullum fœdus, nisi de Septemvitorum consensu, inire potest, *capitulat. Caroli V. §. Wir sollen vnd wolten. 7. Sleid lib. 1. rerum anno 1519. gestarum. Schönborn. 4. Polit. c. 34. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 6. n. 12. & seq. & sect. 1. n. 5. Vide & Capitulationes Ferdinandi II. v. 6. & Ferdinandi III. v. 7.*

73. Fœdera hæc vel personalia vel realia sunt *Grot. de jur. bel. & pac. lib. 2. c. 16. n. 16.* Et finiuntur illa morte alterius ex fœderatis, uti societas *L. actione 65. §. morte ff. pro socio. §. solvitur 5. Inst. de societate.* Hæc vel elapso tempore præfinito, vel finitâ fœderis causâ pereunt *Reink. de regim. lib. 2. cl. 3. c. 3. n. 41. & seq.* De induciis idem ac de fœderibus judicium *Warem. ab Erenb. de fœd. lib. 1. c. 3. n. 26.* nisi quod eæ brevissimæ etiam concedantur à Ducibus belli *id. n. 27.* Aliàs non sine voluntate offenforum, quorumve intererit. *Denais. in jur. Cam. t. 212. n. 15.*

74. Pignorationes sive Clarigationes vulgò REPRES-
 SALIÆ belli speciem habent, nec nisi à Majestate concedun-
 tur *Bod. de Rep. lib. 1. c. 10. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1.
 c. 1. m. 2. n. 61. Besold. lib. 1. Polit. c. 4. n. 26. & de majest. s. 3. c. 6.
 n. 5. Carpzov. jurispr. for. p. 4. c. 16. def. 5. n. 3.* Et locum ha-
 bent, ubi jus denegatur *Gail. lib. 1. obs. 28. in fin. Mynsing. cent.
 6. obs. 1. per tot. Grot. de jur. bel. & pac. lib. 3. c. 2. n. 4.* Concede-
 duntur etiam adversus Principem, quem judicio convenire
 nequimus, vel qui jus & justitiam administrare recuset *Frid.
 Mindan. lib. 1. de process. c. 48. Besold. lib. 2. Polit. c. 7. num. 25.*
 Quod quidem jus non naturâ, sed moribus introductum est,
 atque antiquissimum *Gail. de pignor. lib. 2. c. 2. n. 2. & 5. Rit-
 tershus. ad Novel. p. 3. c. 6. Grot. de jur. bel. & pac. lib. 3. c. 2. n. 5.*
 Lege civili eximi repressaliis solent legati, mulieres, infantes,
 res eorum, qui literis operam dant, & qui ad nundinas ve-
 niunt. *Grot. d. loc. n. 7.* Sed quia hæc animum præbent ad pa-
 cem publicam perturbandam, Imperatorem in Imperio hand
 facilè eas concedere testatur *Gail. lib. 2. de pignor. c. 2. n. 3. con-
 fer Carpzov. jurispr. for. p. 4. c. 16. def. 5. & seq.*

75. Diximus supra ex Denatio in Imperio Roma-
 no-Germanico bellum comitali lege decerni, proinde &
COMITIORUM INDICENDORUM & DIMITTENDO-
RUM POTESTAS hujus loci est, & jus Majestatis *Bodin. de
 Rep. lib. 1. c. 8. & 9. Item lib. 2. c. 6. Arnif. de jur. maj. lib. 2. c. 4.
 n. 17. Kamman. regal. disp. 6. th. 82. & seq. Besold. lib. 1. Polit. c.
 4. n. 30. Carpzov. de L. Reg. German. c. 5. n. 6. & 11. Schultz in
 syn. feud. c. 7. n. III.* Quia in comitiis plurimum momenti est,
 sive ad evertendam, sive ad mutandam, sive conservandam
 Remp. *Arnif. d. loco.* quanquam ex hac ratione etiam id ad
 prius majestatis jus essentialè spectet. Hodie ab Imperato-
 re non indicuntur comitia universalia, ein Reichstag/ eine
 gemeine Reichsversammlung/ nisi antecedente Electorum suf-
 fragio *Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. 2. n. 19. Schönborn. lib. 4.
 Polit. c. 33. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 29. Matth. Stephan. de
 jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. II. Reink. de regim. lib. 1. cl. 2. c. 2.
 n. 125. & cl. 5. c. 8. num. 47. Carpzov. pract. crim. p. 1. q. 41. n. 75.
 & seqq. & de L. Reg. German. c. 5. n. 12. & seq. & sect. 1. per tot.*

Lam-

Lampad. de Rep. Rom. Germ. part. 3. c. 8. n. 2. Nec in comitiis Imperator absque eorum consensu quicquam statuere potest *Matth. Steph. d. loco vers. preterea* In iis deliberatur de summa rerum, de pace publica, tam in civilibus, quàm ecclesiasticis ac religionis negotiis firmanda, de belli indictione, de foederibus, de legibus ferendis & aliis quæ recensent *Aristot. lib. 4. Polit. c. 14. Matth. Steph. d. loco v. stante. Kamman. regal. disp. 6. n. 87. Carpzov. de L. Reg. German. d. c. 5. s. 1. num. 18.*

76. Tertium Regale majus essentialia est MAGISTRATIUM MAJORUM CREANDORUM JUS *l. un. pr. ff. ad L. Jul. de amb. l. quidam 57. in fin. ff. de re jud Jac. Ravard. lib. 5. variorum c. 12. n. 8. Besold. de maj. s. 3. c. 3. n. 3. & seq.* Nec solum jus magistratum constituendi, sed & eundem CONFIRMANDI, nec non ABROGANDI & tollendi huc pertinet *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 15. n. 23. & seq. Kamman. regal. disp. 6. eb. 61.* Cum enim à populo in Principem collatum esset omne imperium *§. sed & quod Inst. de I. N. G. & C.* non potuit Princeps omnia solus administrare, ideò constituit magistratus, qui nomine ejus administrarent *Nicol. Bellon. i. supput. jur. c. 1. n. 5.* Si tamen ipse Princeps, in quo est plenitudo jurisdictionis & Imperii, præsens sit, magistratuum auctoritas cessat: quod Fridericus *in pac. Constant. §. privilegia* innuit: consulatum inquit, recipiat unaquæque civitas à nuncio nostro, nisi in Lombardia fuerimus, tunc enim à nobis recipiet. Quod etiam de jure Saxon. obtinet *art. 60. lib. 3. Zobel. part. 1. diff. 1. Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 9. s. 2. n. 5. & 6.* Jure Romano verò si Princeps proprio motu causam ad se vocet *Arnif. de jur. maj. lib. 2. c. 4. num. 10.* Magistratus illi sint rerum singularium judices *Aristot. 4. Polit. 4. in judicando rationibus & legibus obnoxii, nam τὸ μὴ κτὶ γράμματα ἀρχεῖν ἀλλ' αὐτονόμων* & Ἰπισφάλης *Aristot. 2. Polit. 8* qui meminerint turpe esse causas oranti jus, in quo versatur ignorare *l. 2. §. 43. ff. de O. I.*

77. Atque ut officium suum magistratui damnosum esse non debet *l. sed si quis 7. ff. testam quem. aper. l. si servus 61. §. quod verò ff. de furt. l. videlicet 29. ff. ex quib. caus. maj. l. 140. ff.*

Selgens. d. l. p. 2



de R. I. Sic quoq; ab omni sorde vacuum fit *l. eadē lege 6. §. 2. ff. ad L. Jul. repetund.* Si quis ergò pecuniam ob judicandum decernendumve accepit *l. 3. d. t.* vel quo magis aut minus quid ex officio suo faciat, *l. 4. ff. eod.* vel ob accusandum, vel non accusandum, *l. 6. §. 2. ff. eod.* Lege Julia repetundarum tenetur, & extra ordinem punitur, *l. 7. §. 3. ff. d. t.* qua lege damnatus testimonium publicè dicere, aut judex esse postularève prohibetur *d. l. 7. §. 1.* Hocq; crimen, quod in sacratissimas leges *l. 9. C. de LL.* committitur, & barbarè Barrataria vocatur, *Mascard. de prob. concl. 164. & duab. seqq. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2 p. 1. c. 3. m. 1. n. 32.* læsæ majestatis crimini æquiparatur *gl. in auth. sed novo jure C. de pœn. jud. qui malè jud. Mascard. d. concl. 164. n. 9.*

78. Hoc consequitur JUS CONCEDENDI JURISDICTIONEM *Bocer. de regal. c. 2. n. 247. Kamman. disp. regal. 6. thes. 63. Schultz. in syn. feud. c. 7. n. 108.* ut magistratus finem suum adsequatur, & justitiam expediat *c. un. Feud. qua sint regal.* Dico j9 concedendi jurisdictionem, quia non ipsa jurisdictio, sicuti nec merum imperium, Regalibus annumeratur, sed ejus concessio, ut contra *Arnif. de jur. maj. lib. 2. c. 1. n. 9. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. r. 1. n. 10. Vult. 1. de feud. c. 5. n. 6. v. atq; hac sunt,* & alios quos sequitur *Conrad von Einsiedel de reg. c. 2. n. 311.* disputat. *Bocer. de regal. c. 1. n. 25. & seqq. Schultz d. c. 7. n. 109.* Cum jurisdictionis autem concessione veniunt ea, sine quibus jurisdictio explicari nequit *l. 2. ff. de jurisd.*

79 Cum verò jura non in singulas personas, sed generaliter constituentur *l. jura 8. ff. de LL.* & facti interpretatio etiã prudentissimos fallat *l. in omni 2. ff. de I. & F. I.* Leges etiam nemini injuriã fieri patiantur, *arg. l. Scto 8. in pr. ff. ad Sctum Syllan.* factũ est, ut ob imperitiam & iniquitatem judicantium, *l. 1. pr. ff. de appell.* is qui gravatur, ab inferiore magistratu ad immediatè superiorem regulariter gradatim appellet, *Gail. lib. 1. obs. 119. Myns. cent. 1. obs. 67.* Exinde ad eũ, qui magistratus cõstituit, res controversæ, in inferioribus judiciis ventilatæ, per modũ appellationis extremæ devolvuntur; nec etiam statuto introduci potest, ne appelletur ad superiorem *Myns. cent. 1. obs. 14.* Licet pactum de non appellando inter litigantes initum vires habeat *l. fin. §. fin. C. de temp. & repar. appell. Myns. d. obs. 14.*

80. Est ergo JUS RECIPIENDÆ APPELLATIONIS soli Principi reservatum, adeo ut nunquam salva superioritate illud Imperator à sese abdicare possit. *Molin. in consult. Paris.* quem citat *Boyer. c. 2. de Regal. n. 243.* Ac quamvis à Præfecto Prætorio appellare non licuerit, *l. un. ff. de off. Præf. Prætor. præfecti 17 ff. de minor.* quod jus ex oratione Adriani Augusti etiam Senatui concessum fuerat, *l. 1. §. 2. ff. à quib. appell. non licet*; tamen adversus ejus sententiam supplicare licuit Imperatori intra biennium *l. si quis adversus 5. & auth seq. C. de prec. Imp. off. l. un. C. de sent. præf. prætor.* quod vocatur retractationis auxilium *Nov. 82. c. 12. & ibi Gothof. Nov. 119. c. 5.* Et sic Præfecti prætorio in integrum ex sua sententia restituerunt *d. l. præfecti 17. ff. de minor.*

81. Hodie appellatio si summa sit 300. florenorū *Denais. de jure Cam. t. 29. n. 6.* nisi tamen ea sit contra privilegia Statib. indulta *id. t. 30. n. 2.* ad Cameram Imperialem devolvitur, quæ cum Imperatore (exceptis feudis regalibus aliisque paucis) habet concurrentem jurisdictionem *Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. 5. Gail. 1. Obs. 29. n. 3. & Obs. 121. n. 3. Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. c. 26. n. 11. Reink. de reg. sec. & eccl. lib. 1. cl. 2. c. 2. n. 211. & cl. 4. c. 19. n. 87. & à Maximiliano I. ipsius Imperatoris & Ordinum Imperii consensu instituta est, Reink. de regim. lib. 2. cl. 2. c. 14. n. 7. & seq.* Ut administrationi justitiæ contentiosæ, litiumque decissioni præesset & vacaret. *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 4. n. 8.* ex qua etiam hodie Imperator causas advocare nequit *Ordin. Cam. p. 2. t. 35. Matth. Stephan de jurisd. lib. 1. c. 31. n. 43.* In ea tamen in criminalibus ex consuetudine Germaniæ, contra jus commune, appellatio non admittitur. *Gail. lib. 1. obs. 1. n. 28. & lib. 1. de pac. pub. c. 20. n. 36. Mynsing. cent. 2. Obs. 98. Ranchbar. p. 2 q. 8. n. 47. Matth. Stephan de jurisd. lib. 1. c. 2 n. 64.* Nec in matrimonialibus & quæ fori ecclesiastici sunt *Reink. de regim. lib. 3. cl. 1 c. 10. n. 44. Schönborn. lib. 5. Polit. c. 20.*

82. Hujus Camere jurisdictioni subsunt omnes Imperii Romani subditi, tam mediati, quam immediati, *Ordin. Cam. p. 2. t. 27.* Illi quidem regulariter ex secunda, hi ex prima instantia *ordin. p. 2. t. 1. & 28.* Quin & Ecclesiastici, qua-

tenus Principes & Status Imperii sunt, & Regalia privilegia,
& alia bona feudalia ab Imperio recognoscunt, in Camera
alios conveniunt, & ab aliis conveniri possunt *Mynsing. cent.*
2. Obs. 51. Gail. lib. 1. Obs. 30. n. 1. & seq. Carpzov. de L. Reg.
Germ. c. 3. f. 11. n. 19. ab hactamen necessitate exempti sunt,
hodie Elector & Duces Saxoniae, quia defensores sunt Juris
Saxonici *Wesemb. in π. ff. ad tit. à quib. appell. non licet, n. 2.*
quod privilegium à Ferdinando I. renovatum recitat *Jacob.*
Ayrer in procesf. Histor. p. 2 c. 4. obs. 2. Item Elector Brande-
burgensis *Reink. de regim. lib. 1. cl. 5 c. 7. n. 42.*

83. Quamvis verò hoc jus ex A. B. tit. 11. omnib. Ele-
ctoribus competat, *Carpz. de L. Reg. Germ. c. 9. f. 3. n. 4 & seq.*
præter dictos tamen reliqui id non utendo amiserunt,
Treutl. vol. 2. disp. fin. th. 4. lit. e. Kamman. reg. disp. 6. th. 70.
Carpzov. d. c. 9. sect. 9. n. 2. Porrò exempti sunt & Archidu-
ces Austriae, Duces Lotharingiae & Burgundiae *Arnif. de jur.*
maj. lib. 2. c. 2. n. 3. Schultz in syn. feud. c. 7. n. 103. & 104. Nec
subditi Ducis Wurtembergici à judicio curiali provocare
possunt, nisi illis lis sit cum alterius ditionis subdito, *Bocer.*
de regal. c. 2. n. 244. Et hæc ita se habent, nisi justitia dene-
getur *Carpz. d. c. 9. f. 5. n. 12. & f. 7. n. 4. Schultz. in syn. feud. c. 7.*
n. 99. In causis tamen fractæ pacis omnes hi privilegiati,
solum Burgundiae Duce excepto, Camerali judicio subsunt,
Myns. cent. 5. Obs. 58. n. 1. & 2. Gail. lib. 1. Obs. 3. n. 1. & lib. 1. de pac.
pub. c. 1. n. 9.

84. Juri illi porrò annexum est JUS PRONUNCI-
ANDI, NE A SENTENTIA APPELLARI POSSIT *l. 1. in*
pr. ff. à quib. appell. non lic. Bocer. de regal. c. 2. n. 241. Hinc à
Cæsaris sententia appellare fas non esse inquit Ulpian. in
d. l. 1. Et hæc hodie ita obtinent, ut & in Camera à Cæsa-
re malè informato ad eundem melius informandum ap-
pellatio non admittatur, *Gail. lib. 1. Obs. 155. n. 7. Bocer. de*
regal. c. 2. n. 242. Carpzov. de L. Reg. German. c. 9. sect. 11. n. 18.
& seq. Conrad von Einsidel de regal. c. 2. n. 55. partim, quia
hoc est contra naturam appellationis, quæ non ab eodem
ad eundem, sed ab uno ad alium fieri debet *l. 1. & t. t. ff. de ap-*
pell. Gail. lib. 1. Obs. 155. n. 6 & quidem ab inferiore ad supe-
riorem

riorem arg. l. Imperatores 21. ff. de appellat. Wesemb. in π. ff. de appell. n. 9. partim etiam, quia appellatio iniquitatis sententiae querelam continet, l. praefecti 17. ff. de minor. & iniquitatem & imperitiam judicantium corrigit, l. 1. ff. de appell. Non autem praesumitur iniquum protulisse, aut jus ignorasse, qui in terris lex animata est Nov. 105. c. 2. in fin. Gail. lib. 2. obs. 55. n. 4. qui omnia jura in scrinio pectoris habere dicitur, l. omnium 19. C. de testam. qui solus legum aenigmata solvit l. si imperialis 12. §. fin. C. de LL. Multò minus ab Imperatore ad Papam appellatur Peregr. de jur. fisc. lib. 1. t. 2. n. 62. Mynsing. cent 1. Obs. 14. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2 n. 197. Carpzov. de L. Reg. German. c. 9. §. 2. n. 17. proinde etiam multatur 100. marcis auri puri, qui ab Imperatore ad Papam appellat. Reink. de reg. lib. 1. cl. 2. c. 2. n. 10.

85. Sed quamvis ita in Camera observatur, ut à Cæsare malè informato ad eundem melius informandum non appelletur, prout testatur Gail. d. loco. tamen Dd. pleriq; cōtrarium statuunt, arg. l. 1. §. 1. ff. de appellat. quam sententiam sequuntur Treutl. vol 2. disp. fin. th. 4. lit. d. Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. 4 n. 159. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 200. Arnif. de jur. maj. lib. 2. c. 4. n. 8. nec desunt exempla taliter factae appellationis. Quod alii conciliant, distinguendo inter sententiam & rescriptum Principis, ut ab hoc appelletur, juxta d. l. 1. §. 1. quia sic non adversus Principem, sed adversus calliditatem judicis provocetur l. 1. pr. ff. quando appell. ab illa non item, nisi sententia illa ab inferiore magistratu ad rescriptum Principis sit lata, Schultz in syn. feud. c. 7. n. 96. & seq. Cæterum utut appellatio non admittatur, restat tamen Revisionis beneficium, quo executio judicati aequè suspenditur, atq; per appellationem, & sicut non admittitur appellationis appellatio, ita nec revisionis revisio l. si quis 5. C. de prec. Imp. off. Carpz. jurispr. for. p. 1. const. 20. def. 16. n. 5. & seq.

86. A jure provocationis descendit etiam JUS DELEGANDI CAUSAM CUM CLAUSULA APPELLATIONE REMOTA l. 1. §. interdum ff. à quib. appell. non licet.

Creavit

Credidit enim Princeps, eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide & gravitate, ad ejus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos esse pro sapientia ac jure dignitatis suæ, quam ipse foret judicatuus. *l. un. ff. de offic. Præf. Prætor.*

87. Atq; hæc tria jura Majestatis essentialia, Leges sciscere, bella decernere, magistratus creare, quæq; ex iisdem profluunt, aut illis affinia sunt, hæcenus à nobis tractata sunt. Cum itaq; in Macedonia à Romanis devicta per singulas civitates magistratus constituerentur, ipsaq; è Paulo acceptis legibus uteretur, *Justin. lib. 33.* Majestas ejus perit, & Monarchia Macedonum extincta est. Ergo tum coepit quarta Monarchia, sive Imperium alicujus populi, nempe Romani, summum, contra vulgarem opinionem. Nunc pergimus ad reliqua jura, quæ quidem essentialia non sunt, non tamen nisi à Majestate exercentur.

88. Horum primum est CURA RELIGIONIS, quod jus aliàs Politicis Ecclesiasticum vocatur. Neq; enim absolute verum esse, quod *Sixin. de regal. lib. 1. c. 4. n. 1.* regaliū materiam merè secularem esse, asserit, cum *Kamman. regal. Disp. 3. th. 2.* affirmamus, confer *Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 2. s. 1 per tot.* Pertinet namq; ad Majestatem dare operam, ne ex religione quid Respub. detrimenti capiat *Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 1. n. 21.* Siquidem is qui religionis moderamen habet, uno fere ictu rempublicam evertere, & subditos majestati subtrahere potest *Arnif. de jur. maj. lib. 2. c. 6. n. 4.* Et hæc tanquam arctissimo vinculo devinciuntur invicem animi hominum *Thom. Campan. de Monarch. Hisp. c. 5.* Nec immeritò Plato eam propugnaculum potestatis, ac legum & honestæ disciplinæ vinculum vocat *Grot. de jur. bel. & pac. lib. 2. c. 20. n. 44.* Neq; hoc quidquam dignitati & authoritati Ecclesiæ detrahit. Sane Christus & Apostoli Ecclesiam militantem politicæ potestati subjecerunt *Actor. 25. v. 10. Rom. 13. v. 1. & seqq. 1. Pet. 2. v. 15.* Et est Ecclesia in Republica, non respublica in Ecclesia *Reink. de regim. lib. 3. cl. 1. c. 1. n. 19. Besold. de Maj. in gen. sect. 2. c. 2. n. 1.*

89. Hoc

89. Hoc jus Imperatori non ex privilegio Papæ, sed jure regię potestatis à Deo competit. Et tituli priores *lib. 1. Cod.* satis ostendunt Imperatores olim Religionis negotium curæ habuisse. Ipse Justinianus Imperator *Nov. 3. in fin.* ait, se nihilo minorem Ecclesię curam habere quàm vitæ *Carpzov. præct. crim. p. 1. q. 44. n. 9. & aliquot seqq.* Et cognoscant Principes seculi, Deo debere se reddere rationem propter Ecclesiã, quam à Christo tuendam suscipiunt *c. Principes 20. c. administratores 26. caus. 23. q. 5.* Proinde & in V. T. Reges Judæorum Levitas constituerunt, & Baalitas vel ejecerunt, vel jugularunt *2. Reg. 10. v. 19. & seqq. & c. 18. v. 4. 2. Paralip 34. v. 4. & seqq.* Hinc non immeritò in Gallia Jesuitæ causã cecidere, ubi conclusum fuit, Papam non jure imperare Regibus, & clerum rectè judicari à politico magistratu *Calvis. in Chronolog. ad annum 1611.* Quin & superiori seculo in Imperio inter Imperatorem & status Imperii convenit, ut cum Pontificiorum religione Augustana confessio vigeret, istarum religionum neutram amplexi pacis religionis beneficio non fruerentur. *Devais. in jur. Cam. t. 216. n. 8.* adeò ut assessores in Camera alterius religionis à judice de consilio adsectorum removerentur *id. tit. 14. n. 3.*

90. Porro Princeps hoc jure JUDICIA ECCLESIASTICA ORDINARIA CONSTITUIT, & per ea de Episcopis & Pastoribus vocandis, examinandis, in officio dirigendis, judicandis, disponendis leges dat *Besold. 1. Polit. 3. n. 23. & in diff. de maj. sect. 2. c. 5. n. 3.* Quæ jurisdictio Ecclesiastica, vigore pacis religionis, ad Principes Imperii jure territoriali & superioritatis devoluta est *Matth. Steph. de jurisd. lib. 3. p. 1. c. 15. Besold. de majest. s. 2. c. 5. n. 4. Lampad. in Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 11. n. 6. Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 3. s. 9. n. 2. & sect. 10. per tot.* Hinc affirmativè respondendum est ad usitatam illam quæstionem, quæ jam in omnium ore circumfertur: An Status aliquis Imperii non Augustanæ Confessionis, qui tempore Passaviensis Transactionis illam non amplexus fuit, religionem mutare, & ad alteram transire possit? Quod idem & de statibus Ecclesiasticis Imperio immediatè subjectis certo tamen modo affirmant *Besold. discurs. polit. 4. c. de jure mutandi*

F de

de religionis, n. 2. & Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 11. n. 20.
& seqq.

91. Ex hoc jure Imperatores quondam PONTIFICES CREAVERUNT, CONFIRMARUNT, eosque rursus ex justa causa DEPOSUERUNT, nec sine eorum scientia & jussione ordinari iidem potuerunt. c. Hadrianus 22. & seqq. distinct. 63. Arnif. de jur. maj. lib. 2. c. 6. n. 10. Thuan. Histor. 2. Reink. de regim. sec. & Eccles. lib. 1. cl. 2. c. 6. n. 20. Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 2. n. 11. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 2. sect. 3. per tot. Hocque jus communicatum fuisse una cum Imperatoris titulo Carolo M. ab Adriano I. totaque synodo Sleidan. de monarch. lib. 3. testatur, successoresque ejus jus illud exercuisse, aliquot exemplis demonstrat, usque dum simulatibus & Papparum inimicitiis defatigati Cæsares, facti sint paulatim remissiores, nec ante Pontifices Galliae praesidiis fretos quievissent, quam illi extra Italiae fines eos submoverint, vide & c. 7. Arnif. de subject. & exempt. cleric. Quod autem Imperatoribus in Pontificem Romanum, idem iis licuit & in Episcopos & Archiepiscopos d. c. 22. & seqq. dist. 63. Lampad. d. loco. Carpzov. d. c. 2. sect. 4. n. 11. Huc spectat & JUS PRIMARIARUM PRECUM, sive quorundam beneficiorum Ecclesiasticorum jus patronatus, praesentatio, collatio, constitutio, institutio & provisio, quae Galliae & Angliae Regibus regali jure competunt Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 57. Arnif. de jur. maj. lib. 2. c. 6. n. 10. v. 7. Cti quoque, Besold. diss. de maj. in genere sect. 1. c. 4. n. 3. & seqq.

92. Cum hoc jure cohæret etiam FESTORUM FERIARUMQUE CONSTITUTIO l. à nullo 4. C. de feriis Westemb. π ff. de feriis n. 4. Donell. lib. 24. comment. c. 7. ibi quoque Hillig. Matth. Steph. de jurisd. lib. 3. p. 1. c. 3. n. 46. Besold. 1. polit. c. 4. n. 54. in pr. Reink. de regim. lib. 3. cl. 1. c. 2. n. 4. Item CALENDARII CORRECTIO, sic Julius Cæsar ad ordinandum Reip. statum fastos correxit, Svet. in Jul. Cæsare c. 40. Augustus annum à D. Julio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atque confusum rursus ad pristinam rationem redegit, id. in Augusto c. 31. Commodus Antoninus mensium nomina mutavit, quae tamen post ejus necem populus Romanus erexit.

lit, *Æl. Lamprid. in Commodo Antonino*. Inde Principes seculares Imperii mandatum Pontificium de suscipienda Calendarii Romani emendatione recipere in Augustanis comitiis recusarunt, *Besold. lib. 1. polit. 3. n. 24. v. 2.* vide & consilium Augusti Saxoniae Electoris ad Rudolphum II. Imperat. brevibus descriptum apud *Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 107 & seq.* Conclusumque fuit in Camera vetus Calendarium in processibus observandum, donec aliter à Cæsare & Imperii ordinibus statueretur *Denais. injur. Cam. tit. 36. n. 5.* Calendarium autem ipsum in gratiam ipsius Pontificis esse recipiendum rationibus aliquot dissuadet *Reink. de regim. lib. 3. cl. 1. c. 2. n. 30.* Potest tamen Imperator hanc operam Pontificiam suam facere ad probationem & ad sensum, eique robur & validitatem addere ex sua auctoritate, ut ea ratione recipiatur *l. 1. §. sed neq. 6. v. omnia C. de V. I. E. Reink. d. loco. n. 38.* Hisce adjungi potest, & **JUS LINGVÆ & IDIOMATIS** cujusdam universis in territorio præscribendi *Bodin. 1. de rep. c. ult. Kamman. disp. regal. 6. th. 43. Besold. de majest. sect. 3. c. 8. n. 11. & de Sveton. in Tiberio cap. 71.*

93. Orta verò in Ecclesia hæresi aut schismate Imperator; ut nutritius Ecclesiae ex jure regiminis Ecclesiastici **CONCILIA OECUMENICA CONSCRIBIT** *Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 12. n. 7. Kamman. regal. disp. 3. th. 31.* Licet Pontificis a seclæ hoc jus Cæsari ereptum eant. Hodiè cum in Imperio Romano religionis cura à Cæsare ad Comitiam transierit; Cæsaris simul & statuum erit conciliorum in Imperio convocatio *Lampad. d. loco.* Unde nationalia in suis territoriis Status Imperii rectè indicunt. In illis Imperatores & Principes convocant, locum designant, salvum conductum & necessarios sumtus præstant, turbas auctoritate & præsentia sua reprimunt, sententiam è scripturis probatam editis non tantum concilii, sed & suo nomine promulgant, in damnatos animadvertunt, vel exilii vel aliis pœnis in jure expressis *l. 3. C. de summ. Trin. & tit. C. de heret. & Manich. Dnus Calixtus in Epit. Theol. ferè sub fin. receptoresque eorum coercent l. 4. §. pen. C. de heret.*

94. Ut autem sint in Ecclesia, qui sciant rectè parti-
 sermonem veritatis 2. *Tim.* 2. v. 15. & contradicentes convince-
 re *Tit.* 1. v. 9. quiq̄ue in foro & judiciis jura calleant (nam certè
 quales schola exhibet, tales habitura est Resp. & Ecclesia mo-
 deratores & cives *Pet. Greg. Tholos. de Rep. lib. 18. c. 1. § 2. Kam-*
man. regal. disp. 3. tb. 37.) Imperator aut ipse ERIGIT ACADE-
 MIAS, aut aliis JUS EASDEM ERIGENDI CONCEDIT,
 quas ipse solus confirmat *Zaf. epit. feud. p. 5. n. 14. Schönborn.*
lib. 5. Polit. 17. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. Sixtin. de regal. lib. 1.
c. 2. n. 26. Boc. de regal. c. 2. n. 121. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1.
c. 1. m. 2. n. 63. In iis verò non tantum Sacra Scriptura, justis-
 simæ leges, medicina salutaris, & literæ philosophicæ plenè
 docentur, sed & DOCTORES, LICENTIATI, MAGISTRI
 solenniter CREANTUR *Matth. Stephan. d. loco, n. 67. Bocer,*
d. loco.

95. Status Imperii & Principes, quibus Religionis cu-
 ra incumbit, scholas & gymnasia instituere quidem possunt,
 ut ibidem ad Ecclesiæ & Reip. utilitatem discipulorum animi
 sanâ doctrinâ imbuantur; Academias autem, quibus creandi
 Doctores, Licentiatos & Magistros potestatem impertiant,
 erigere nequeunt: quia Doctorum, Licentiatorum, Magistro-
 rum dignitas non cohæret muneri Ecclesiastico, sed est digni-
 tas politica à solo Cæsare etiamnum dependens, *Lampad. in*
Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 12. n. 5. Junge Peregr. de jur. fisc. lib. 1. t. 1.
n. 27. Treutl. vol. 1. disp. 1. tb. 7. lit. a. Kamman. regal. disput. 3.
tb. 47. Qui ergò nomen & insignia Doctoris falsò sibi assu-
 mit, criminis falsi reus est, *Br. in l. reddatur C. de profess. lib. 10.*
 falsi enim nominis vel cognominis asseveratio pœna falsi co-
 ercetur *l. falsi 13. ff. ad L. Corn. de fals.*

96. Doctoribus hisce in publicis scholis profitentibus
 jure magistratus jurisdictio competit, quam exercent in stu-
 diosos, & reliquos Reip. literariæ subjectos *Treutl. vol. 1. disp.*
3. tb. 4. lit. f. Joach. Steph. de jurisd. lib. 1. c. 8. n. 54. Besold. lib. 1.
Polit. c. 12. n. 44. Bocer. in orat. de privileg. Doctorum. Matth.
Steph. de jurisd. lib. 1. c. 38. n. 24. Ut possint delinquentes levi-
 ter coercere *l. municipii 6. ff. de decret. ab ord. fac.* & refracta-
 rios relegare, quæ relegatio tum demum infamat, cum causa,
 ob

ob quam imponitur, est famosa *arg. l. i. c. 1. ff. de i. i. c. 22. ff. de bis qui not. infam. Kamman. regal. disp. 3. th. 42. Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. c. 10. n. 17.* Quæ tamen jurisdictio ad triviales scholas, quæ jure universitatis non utuntur, non extenditur. *Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. 9. n. 97.*

97. Præterea & habent suas immunitates; immunes enim sunt ab omni functione, & ab omnibus muneribus vel civilibus vel publicis *l. medicos 6. C. de profess. lib. 10.* gaudet & aliis privilegiis, quæ fufius pertractant *Bocer. in d. orat. de privil. Doctorum Kamman. regal. disp. 3. th. 60. & seqq.* quæ privilegia & communicantur Doctoribus Bullatis à peritis in arte examinatis, & idoneis repertis *Treutl. vol. 1. disp. 1. th. 7. lit. a. Kamman. d. disp. 3. th. 53. Arum. ad A. B. disc. 1. th. 5. Limn. de jur. pub. lib. 8. c. 8. n. 14. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 10. f. 10. n. 15.* Quin & sua privilegia habent in Academiis discentes, quæ exprimuntur in *auth. habita C. ne filius pro patre.*

98. Nunc ad rem nummariam. Olim negotiatio mercium permutatione fiebat; sed quia non semper, nec facile occurrit, ut cum tu haberes, quod ego desiderarem, invicem haberem, quod tu accipere velles, electa materia est, cujus publica & perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret, ea materia forma publica percussa est *l. 1. pr. ff. de contrab. emt.* Ex necessitate itaq; monetæ sive nummi usus in Rep. repertus est. *Aristot. lib. 1. Polit. 9.* quia numus commensurabiles inter se facit res atq; adæquat. Et quoniam Majestatis est prospicere, ne occasione monetæ Respub. quid detrimenti patiatur, *Arnif. de jur. maj. lib. 2. c. 7. n. 2.* idcirco meritò inter regalia majora **JUS MONETÆ** die *Müntzgerechtigkeit* refertur *Kamman. regal. disp. 6. th. 15. & seqq. Carpzov. pract. crim. p. 1. q. 42. n. 2. & quest. 43. n. 5. & de L. Reg. Germ. c. 8. f. 7. n. 5.* Quippe **JUS CUDENDÆ MONETÆ** publicæ, & potestas **CONCEDENDI** aliis magistratibus jus informandæ monetæ publicæ soli competit Imperatori *l. 2. C. de f. l. mon. l. 1. C. de vet. numism. pot. lib. 11. lib. 2. F. tit 56 in verbo: moneta. Arum. ad A. B. disc. 5. n. 10. Bocer. de regal. c. 2. n. 226.* Nec priva-

tus id jus petere sub pœna arbitraria potest, *l. fin. C. de fals. moneta.*

99. Unde siue moneta cudenda, siue mutanda, siue reprobanda, siue ei æstimatio valorq; certus constituendus sit, imperiali authoritate opus est, quæ & qualitatem monetæ dare potest, quantum auri argenti alteriusq; metalli debeat admisceri *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 7. n. 31. & seqq. Arnis. de jur. maj. lib. 2. c. 7. n. 7. Kamm. regal. disp. 6. th. 12. & seqq. Besold. 1. Polit. 4. n. 50. & seq. & de maj. s. 3. c. 8. n. 6. Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 8. s. 7. n. 2.* Hodie in Imperio hoc regale Principes & Status pleriq; usurpant *N. N. zu Nürnberg de anno 1524. §. dergleichen hat & de anno 1570. §. als denn auch & nonnullæ civitates auream monetam cudunt Zaf. epit. feud. p. 5. n. 14.* quod quidem jus partim habent ab Imperatoribus privilegio, partim diuturna consuetudine adquisiverunt *Mynsing. cent. 4. Obs. 24.* Nemini tamē sese extra consensū Electorū esse concessuros Imperatores in capitulatione promittunt *Carpz. pract. crim. p. 1. q. 42. n. 17. & de L. Reg. Germ. c. 8. n. 29. videatur capitulatio Ferdinandi II. v. 33. & Ferdinandi III. v. 37.*

100. Qui ergo adulterinam monetam cudit, læsæ Majestatis reus & flammis exurendus est, *l. 2. C. de fals. mon. Peinliche Halsgerichtsordnung art. 120. Damhoud. in praxi crim. c. 65. Pet. Denais. injur. cam. t. 192 n. 21. Carpzov. jurisp. for. p. 4. const. 1. def. 16. n. 10.* Cujus accusatio publica est *Denais. ibid. n. 15.* Nec interest, aurea an argentea sit moneta *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 7. n. 122. & seqq. Kamman. disp. regal. 6. th. 30.* Quæ pœna extenditur etiam in eum, qui cudentibus & falsificantibus auxilium & opem præstant *Carpzov. pract. crim. p. 1. q. 42. n. 66. & seqq.* & domus, etiamsi sit aliena, in qua moneta falsa sciente domino cuditur, fisco vindicatur, *Peinliche Halsgerichtsordnung art. 111. Carpzov. d. loco n. 118.*

101. Præterea & lege Cornelia de falsis falsificator monetæ tenetur *l. lege 9 in pr. ff. ad L. Cornel. de fals.* Falsi item reus est, qui nummos aureos partim roserit, partim tinxerit vel finxerit, *l. quicumq; 8. ff. eod. & morte, corpore, bonis multatur, Denais. d. tit. 192. n. 14.* Eadem lege & tenentur adul-
tera-

teratam ab aliis monetam expendentes, *l. Lege Cornelia 9. §. 1. & 2 ff. ad L. Corn. de fals. d. art. 111.* tum etiam scienter prædicta crimina dissimulantes nec indicantes duab. marcis auri puniuntur ex edicto monetario *de anno 1559. §. hierauff setzen Sixtin. d. c. 7. n. 132.*

102. Sed cum dupliciter crimen falsæ monetæ committatur, ratione materiæ, & ratione formæ, prædictæ pœnæ locum habent, si ex vitiosa materia falsa moneta cusa sit: mitius cum illo est agendum, qui falsæ monetæ crimen ratione formæ committit; nempe si 1. fabricat monetam absq; privilegio à Cæsare impetrato. 2. imponit signum alienum suæ monetæ. 3. adimit justum pondus. 4. resolvit monetam grandiore modo formatam. Ubi pœnam arbitrariam sufficere voluit Imperator in *der peinl. Halsgerichts Ord. art. 111.* quæ plenius tractat *Carpz. d. part. 1. q. 42. n. 1. & seqq.*

103. Lege etiam Cornelia de falsis tenetur, qui mensuras vini vel frumenti publicè probatas corruerit *l. pen. §. 1. ff. ad L. Corn. de fals.* Hinc ratio PONDERUM, MENSURARUM, MODIORUM ET ULNARUM, itemq; ANNONÆ PUBLICÆ CURA cum præcedente rei nummarie regali connecti solet, *Kamman. regal. disp. 6. tb. 42. Besold. de majest. sect. 3. c. 8. n. 9.* Mensuris autem quantitatem modumq; dicere vel imponere soli Principi licet *l. modios 9. C. de susceptorib. lib. 10. Gothof. ad d. l. pen. §. 1. mensuræ ergo ponderum & ulnarum jus publicum est, & inter regalia refertur à Knichen de sublimi jur. i. errit. c. 4. n. 232. Besold. 1. Polit. 4. n. 43. & de maj. d. n. 9.*

104. Et hæcenus quidem majoribus regalibus expeditis, antequam ad minora progrediamur, monendum, quædam regalium minorum albo accenseri, quæ aliâ consideratione ad majora reducuntur. Siquidem unum regale diversa ratione utriusq; indolis est, *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 51.* Et distincta hæc cum sint, distinctè etiam explicanda veniunt; primum ergo eadem quatenus ad majora referantur, proponemus, post ubi ad minora venerimus, eorum tractatio

statio peculiaris, quatenus minoribus adscribantur, non erit incommoda.

105. Horum primum sunt ARMANDIÆ 2. Feud. tit. 56. Quæ vox rejectis aliorum derivationibus deducitur ab armandis hominibus *Arnis. de jur. maj. lib. 2. c. 5 n. 2.* Et Armandias accipimus hoc loco pro jure habendi fabricas armorum bellicorum & armamentaria publica. *Cujac. ad d. t. 56. Peregr. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. n. 14. Sixtin. de regal. l. b. 2. c. 1. n. 5. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. Arum. disp. feud. 4. th. 17. Bocer. de regal. c. 2. n. 138. Arnis. d. loco Besold. de maj. s. 3. c. 6. n. 4.* Esse autem hoc jus regale folis Principibus competens apparet, ex *Nov. 85. Peregr. & Sixtin. d. locis.* Unde & armorum usus privatis interdictus est *Nov. 17. c. fin. lib. 2. F. t. 27 §. 5.* Nam teste Aristotele *lib. 7. Polit. 9. οἱ τῶν ὀπλων κύριοι καὶ μένεν καὶ μὴ μένεν κύριοι τῶν πολιτείαν.* Et necessaria sunt Principi arma *περὶ τε τῶν ἀρχῶν τῶν ἀπειθῶντων χάρμη καὶ περὶ τῶν ἐξωθεν ἀδικεῖν ἐπιχρῆσθῶν id. lib. 7. polit. 8.* Caterum an subditis armorum usus sit concedendus differit contra Politicos *Thom. Campan. de Hispan. Monarch. c. 9.* ubi affirmativam tuetur.

106. Secundum sunt VIÆ PUBLICÆ. Principi enim jus est cogendi magistratus territorii cujusq; ut vias publicas & muniant, & à malis hominibus purgent, *l. preses 3. & l. congruit. 13. in pr. ff. de offic. presid. l. pen. C. de privileg. Dom. Aug. lib. 11. Arum. ad A. B. disc. 1. th. 11.* Et ut dispositos habeant stationarios milites, ad tuendum popularium quietem, *l. 1. §. 12. ff. de Off. pres. urb.* Publicè enim utile est, sine metu & periculo per itinera commeari. *l. 1. §. 1. ff. de his qui effud. vel dejec.* Atq; hoc casu Viæ publicæ inter majora Regalia collocantur. *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 2. n. 9. Bocer. de regal. c. 2. n. 144. Kamman. reg. disp. 5. th. 32. Carpz. pract. crim. p. 3. q. 110. n. 43.* Ad restitutionem autem damni per vias publicas illati dominus territorii tenetur maximè si pedagium exigat, *Gail. 2. Obs. 64. Mynsing cent. 5. Obs. 70. Borcholt. ad c. que sint regal. n. 28. Arnis. de jur. maj. lib. 3. s. 5. n. 1 v. quod enim. Carpz. pract. crim. p. 2. q. 91. n. 59.* Quod verum est, si viator à via regia non deflectat *Gail. ib. n. 11. Mynsing. d. loco n. 4 Matth. Stephan.*

de

de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 405. & Carpzov. d. loco. qui & requirit, ut Princeps dederit saluum conductum num. 60. & § 99.

107. Tertium sunt FLUMINA NAVIGABILIA, quæ ad majora regalia spectant, quatenus publicè coactis operis ad commodiorem navigationem ripæ muniuntur, *Bocer. de regal. c. 2. n. 163. Kamman. regal. disp. 7. th. 16.* Habet enim Imperator super fluminibus supremam jurisdictionem, licet usus eorum sit communis, *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 3. n. 34. & 35. Vult. de Feud. lib. 1. c. 5. n. 7. vers. flumina. Rauchbar. p. 1. q. 23. n. 5.* Inde ob usum navigationis in publicis fluminibus molendinum, pontem, vel alia ædificia exstruere non est licitum *l. 1. & 2. & t. t. ff. ne quid in loc. pub. vel it. fiat.* nisi id fiat cum licentia Principis, *d. l. 2. §. si quis à Principe.* Eadem etiam obtinent de ALVEO FLUMINIS, qui regalibus annumeratur, *Peregr. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. n. 23. Schneidevv. in §. quod si naturali n. 2. Inst. de R. D. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 3. n. 23.* Quid? quod est ipsa INSULA IN FLUMINE NAVIGABILI nata hisce regalibus ad societur *Sixtin. de regal. c. 3. n. 29. Kamman. d. disp. 7. n. 26.* Et potest Princeps in flumine publico Insulas nondum natas sibi jure assignare, *Carpz. jurispr. for. p. 3. c. 31. d. 13.*

108. Fluminum naturam sequuntur PORTUS, quæ quartum hîc locum obtinent, circa eos Imperator non minus, quàm circa flumina disponere potest, *Cæpoll. de servit. rustic. præd. c. 28 Borcholt. ad c. quæ sint regal. n. 39.* Est autem portus locus conclusus, quo importantur merces, & inde exportantur, & nihilominus est statio conclusa & munita *l. 59. ff. de V. S.* ut ibi naves simul tutò stare, & à ventis procellis & piratis tutæ esse possint, *l. 1. §. stationem 13. ff. de flumin. ne quid in flum. pub.* Ad cujus conservationem & reparationem quilibet etiam privilegiatus conferre tenetur *l. ad portus 7. C. de operib. publ.* Et tantò magis ad Principes & Dominos territoriorum pertinent Portus, quantò facilius cum onerariis navibus classis quædam hostilis una subire, aut alia non admittenda mercimonia una subvehi possunt *Arnif. de jur. maj. lib. 3. c. 5 n. 3. Kamman. regal. disp. 7. th. 46.*

109. Quintum constituunt RIPATICA. Per ea hoc loco intelligimus omnia jura publica, quæ Princeps habet in ripis publicorum fluminum, vel respectu vectigalium, vel respectu aggerum, vel etiam respectu juris transfretandi de ripa ad ripam, *Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. n. 24. Kamman. regal. disp. II. th. 7. & seq.* Ob securitatem enim publicam non quilibet sibi jus transfretandi de ripa ad ripam attribuere potest, sed ii solum, qui hoc specialiter à Principe impetrarunt, die mit der öffentlichen Fährte von der Obrigkeit belehnet sind. Quamvis autem ripæ ipsæ non censeantur inter regalia, cum earum usus sit publicus; protectio tamen & custodia ipsa regaliorum est *Gothofr. in not. ad c. quæ sint regal. verbo: ripatica.*

110. Sextum regale hujus ordinis est VECTIGALIA INSTITUERE, aut ALIOS HOC JURE IMPERTIRE *l. 1. C. nova vectigal. inst. non posse.* Et dicuntur vectigalia à Dd. esse de summo Imperio, prout ex multis deducit, *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 6. n. 4.* Aliud autem est nova vectigalia erigere, aliud jam instituta exigere; hoc ad minora, illud ad majora regalia pertinet *Sixt. de regal. lib. 1. c. 2. n. 40. & lib. 2. c. 6. n. 42.* Constituuntur quippe vectigalia non nisi Imperatorum consensu, sine quo nec illa reformare, nec iis quidquam addere aut deminuere quidquam licet, *l. vectigalia 10. ff. de publ. & vectig. l. 3. C. vectigal. nova inst. non posse.* Et qui sine Imperatoris permisso vectigal instituit, Lege Julia de vi publica tenetur, *l. fin. ff. ad L. Jul. de vi pub. tenetur etiam L. Jul. de ambitu l. un. §. 3. ff. ad L. Jul. de amb.* Quin & mandata sine clausula adversus eos, qui vel nova vectigalia instituunt, vel vetera augent, in Camera obtineri possunt *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 6. n. 23, Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 95. & seqq. capitulat. Ferdin. II. v. 21. & moderni Imperat. Inviētiff v. 24.* Hodie quoque ad instituenda nova vectigalia præter Imperatoris auctoritatem requiritur consensus Electorum, *Reichsabschied de anno 1576. §. Weiters sind wir auch. cum duob. seqq. Denais. in jur. Cam. t. 3. 1. Joach. à Beust. ad rubr. de jurej. n. 170. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 4. n. 29, Kamman. regal. disp. II. th. 48. Bocer. de regal. c. 2.*

n. 184. *Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 10. n. 17. Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 8. n. 10. & s. 1. per tot. vide Capitulat. Caroli V. v. 18. Ferdin. II. v. 17. & seqq. & Ferdin. III. v. 20.*

III. Septimum regale huc spectans est **JUS COLLECTANDI**, quod Princeps summus, & hodie Imperator, & Status Imperii in Imperio habent, quatenus nempe arguit summam potestatem collectas indicendi, *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 22.* Equidem sunt Collectæ symbolum ac nota quædam superioritatis vel eminentiæ superioris *l. nulli 28. §. quod si in vico. C. de Episcop. & cler. c. 2. extra de censib. Petr. Greg. de rep. lib. 9. c. 1. n. 11. vers. non negatur. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 14. n. 21. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 457. Kamman. regal. disp. 12. th. 78. Besold. de maj. sect. 3. c. 7. n. 11.* Et jure regalium non solum competunt Imperatori, sed etiam Principibus aliis, & Statibus Imperii, ex privilegio, vel ex consuetudine, sive præscriptione, *Borcholt. ad c. qua sint regal. n. 53. Sixtin. d. loco n. 32. & seqq. Bocer. de collect. c. 1. n. 21. & de regal. c. 3. n. 218. v. cæterum.* Hodiè jure territorii & superioritatis ordinariæ in signum universalis domini *Matth. Steph. de jurisd. d. loco. n. 453. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 1. s. 13 n. 2. Conrad von Einsiedel de regal. c. 3. n. 261.*

II2. Hisce octavò accedunt **CURSUS PUBLICI**. Non parum enim facit ad Reip. securitatem & quietem populariū defendendam, si sciatur, quid in quolibet terræ angulo agatur, ideoq; cursus publici sive Postæ instituuntur. Hi enim maximam commoditatem præbent iter facientibus, aut literas alicubi mittentibus, & præterea fiscum (quo respectu tamen huc non refertur) ditiores reddunt. Hos autem constituere, aut constitutos confirmare ad solum Imperatorem spectat *tot. tit. C. de curs. publ. lib. 12. & ibi Cujac. Sixtin. de reg. lib. 2. c. 13. n. 42. Bocer. de regal. c. 2. n. 336. Arnif. de jure maj. lib. 3. c. 5. n. 1. v. jed unum.* In Anglia & Gallia Regum autoritate introducti sunt. In Germania cuidam generales Postas per Belgium & Italiam constituere annitenti, ab Imperatore pro hujus juris sibi competentis tuitione interdictum fuit. *Sixtin. Bocer. Arnif. dd. locis, Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 112.*

113. Sequuntur minora Regalia, quæ & regalia fisci appellantur. Et sunt jura, quæ ad conservandum & augendum Imperatoris vel Reipublicæ fiscum pertinent *Boc. de regal. c. 3. n. 6. Peregr. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. n. 9. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 45.* Distingvitur fiscus à patrimonio Cæsaris, quod hoc ejus privata bona *l. 2. C. de off. Com. rer. privat. l. fin. C. de agric. & man. dom. lib. 11.* Ille ejus publica bona denotet. Unde omnia, quæ fisci sunt, & Cæsaris, Principis aut Reipub. sunt, sed non contra *Peregrin. de jur. fisc. d. loco. n. 19.* Regalia autem hæc cum *Arniseo de jur. maj. lib. 3. c. 2. n. 6.* & eum secuto *Kamman. regal. disp. 7. th. 5.* in tres classes dispecimus, quarum prima publicos redditus; secunda bona creptitia & caduca; tertia ea, quæ à bonis privatorum petuntur, continet.

114. Ad primam classẽ referimus ea, quorum paulò ante meminimus, quæque diversimodè & inter majora & minora locum sibi vendicant. Qualia primò sunt ARMANDIÆ, quatenus vectigal ex concessione de armis in publicis officinis fabricandis facta fisco præstatur. *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 1. n. 6. Gothof. in not. ad c. quæ sint regal. in voce Armandiæ.* Eodem respectu & VIAS PUBLICAS & FLUMINA NAVIGABILIA minoribus regalibus ad sociamus *Kamman. regal. disp. 7. th. 6. & 10. & 16.* prout nimirum redditus omnes ex viis publicis dependentes, & omnis utilitas ex decursu fluminum proveniens ad fiscum pertinent. *Cujac. ad c. quæ sint regal. Gothof. ad d. c. ad voc. & ex quib. fiunt navig.* Et potest Princeps vectigalia à navigantibus per flumina publica & transeuntibus per vias publicas exigere, *Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. n. 22.* Huc spectant etiam CURSUS PUBLICI sive POSTÆ, quoad utilitatem quam fisco Principis inferunt *Kamman. d. disput. 7. th. 14.* Sanè in Gallia omnis ille proventus Regis est, qui etiam exinde ad eos cursus homines & equos alit, & ad iter expediendum necessaria instituit. *Arniseo de jur. maj. lib. 3. c. 1. n. 1. sub fin. Kamman. d. loco. th. 15.*

115. PORTUS est de minoribus Regalibus ratione vectigalis, quod ex navium statione fisco Imperatoris solvitur.

l.

l. inter publica 17. §. publica ff. de V. S. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 4. n. 11. Kamman. regal. disp. 7. th. 51. Hujus loci sunt RIPATICA das StrandGeld / non quidem ratione proprietatis, qua ad tertiam classem essent referenda cum *Kamman. regal. disp. 11. th. 4.* Sed respectu usus, qui publicus est *l. riparum. 5. ff. de R. D. §. 4 Inst. eod.* Ripaticum est vectigal illud, quod navigantes per flumen publicum ob id solvunt, quod ripam nave appellant, & ad eam morantur, consistuntq; aliquandiu, *Bocer de regal. c. 3. n. 136.* Vel etiam sunt proventus & commoda, quæ tanquam vectigal occasione riparum percipiuntur *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 5. n. 9* Quo pertinet etiam naulum das Fehrgeld / quod pro navibus trajectoriis solvitur *Kamman d. loco th. 8.*

116. In hunc censum veniunt ARGENTARIÆ *d. c. que sint regal.* quibus non solum argenti, sed omnis generis metalli fodinas significamus *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 16. n. 23. Bocer. de regal. c. 3. n. 166. v. quod autem. Arnif de jur. maj. lib. 3. c. 5. n. 4 v. comprehendit. Kamman. d. disp. 7. th. 88. & th. 98. & seq.* cujus conditionis etiam sunt venæ lapidum pretiosorum *Peregrin. de jur. fisc. lib. 4. t. 2. n. 13. Rauchbar. p. 1. q. 22. n. 6.* Et metalla in solo publico reperta ad Principem pertinent, servanda a parte inventori ad exemplum thesauri, si in fundo privato, eorum decima debetur fisco *Peregr. ibid. n. 11. & seqq. Sixtin. d. loco n. 45.* Quanquam hæc consuetudo cujusq; loci sit intuen-
da *l. 2. C. de metallar. lib. 11.*

117. Et licet olim argentariæ in patrimonio privatorum fuerint, *Cujac. 15. Obs. 21.* quod & innuunt *l. item 9. §. 3. l. si cujus 13. §. inde & quasitum 5. ff. de usufr. l. sed si 3. §. fin. & l. seq. ff. de rebus eorum qui sub tut. vel cur. & c.* Tamen hodie, de consuetudine Germaniæ, secundum Practicos, fodinæ metallicæ omni ex parte Regalib. annumerantur, nec quisquam vel in proprio fundo metalla quærere potest, nisi prius ab Imperatore vel alio, qui hoc jus ab Imperatore specialiter in feudum tenet, sit investitus *Carpzov. jurispr. for. p. 2. cõst. 53. def. 1. n. 9. & seqq. Schultz. syn. feud. c. 7. n. 176. cum allegatis.*

118. Horum numero veniunt & PALATIA eine Burg / Schloß / sive nat' ἐξοχήν ein Hauß / *c. que sint regal.*

Et solius Imperatoris sunt, aut quibus ille concedit, *l. quicungq. 17. C. de operib. publ. l. nulli iudicium 14. C. de off. Rect. prov.* siquidem privatorum usibus prorsus eximuntur *l. un. C. de palat. lib. 11.* & imperio magna ab universis secreta debentur, *d. l. quicungq.* Et ut olim Imperatores sua habuerunt palatia civitates majores, ita & in Germania Imperatorum palatia celebrantur Aquisgranum, Goslaria & Castrum Noribergense *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 17. n. 20. & seqq.* Hodie Imperii Principes, Comites & alii jure superioritatis ea palatia exstruunt, ut Imperatoriis palatiis magnitudine & splendore minimè cedant.

119. Palatiis annectuntur REDITUS PISCATIO. NIM quæ & regale minus constituunt *c. un. qua sint regal. Peregr. de jur. fisc. lib. 8. n. 38. Valt. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. v. 18.* Iis intelligimus non jus piscandi, quod est privati juris, sed vectigal piscatorium, quod ex piscatione in mari & fluminibus publicis fisco Imperatoris solvitur *Rodericus Suarius in cons. primo de usu maris n. 11. & 12. quod annexum est Straccha tractatui de mercatura. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 18. n. 32. Bocer. de regal. c. 3. n. 141.* Quod & innuitur vocabulo piscariarum *l. inter publica 17. §. 1. ff. de V. S.* nec solum de piscibus in aquis publicis, sed in fluminibus, lacubus, & stagnis privatis captis hoc vectigal deberi asserit *Bocer. d. loco n. 148.* quem sequitur *Conrad von Einsidel de regal. c. 3. n. 340.* quod tamen fallit in piscibus custodiæ causa impositis *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 18. n. 29. Conrad. von Einsidel d. loco n. 141.* Non præmittendum etiam quod *Cujac. ad d. c. pro vocabulo piscariarum in d. l. 17. §. 1. ff. de V. S.* substituatur dictionem picariarum. Licet equidem ipsæ PICARIÆ regale sint *Sixtin. d. loco n. 2. Conrad. von Einsidel de regal. c. 3. n. 334.* nec absurdus ex hac suppositione vocis eliciatur sensus, vulgaris tamen lectio retinetur.

120. Piscatoni affinis est VENATIO, de cujus jure disceptio est inter Jctos, sitne inter regalia computandum necne? Nos non attento jure civili quo venari cuilibet est concessum non solum in suo, sed & alieno fundo *l. 3. §. 1. ff. de adquir. rerum dom. §. seræ 12. Inst. de R. D. de consuetudine Ger-*

Germaniæ jus venationis Regalibus accensemus, *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 18. n. 45. Bocer. de regal. c. 1 à num. 30. usq; ad 52. Arnif. de jur. maj. lib. 3. c. 4. n. 11. Besold. 1. Polit. 4. n. 41. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 443. & seq. Arum. disp. feud. 4. tb. 15. Carpzov jurispr. for. p. 2. c. 3. d. 25. n. 3. & in pract. crim. p. 2. q. 54. n. 23. & seq.* Mores enim ubiq; jus gentium iubege-
runt, adeò ut ne in flumine quidem publico piscari, neq;
in agris liberè venari aut aucupari liceat, *Cujac. 4. Obs. 2. Gothof. ad l. 3. §. 1. ff. de A.R.D.* Et nemini privato hodie etiam
in suo fundo venari conceditur, *Sixtin. d. loco Matth. Steph. d. loco n. 444. Carpz. jurispr. for. p. 3. c. 32. d. 17.* Sane ab Impera-
tore hodie in investituris feudorum specialiter jus venandi
(*Wildbann*) Principibus & nobilibus vasallis pro beneficio
concedi solet *Cujac. ad §. nemo retia. tit. 27. F. lib. 2. Carpz. pract. crim. p. 2. q. 84. n. 22.* qui Modestini Pistoris in hunc sensum ver-
ba Germanica allegat.

121. Huic juri plerumq; annexum est **JUS FORESTA-
LE** das *Forstrecht* / differt tamen ab eodem, & consistit in
cura sylvarum & nemorum *Kamman. regal. disp. 7. tb. 82. Carpz. d. loco.* Illud jus qui habet, saltuarios constituere potest,
Oberförster / oder Forstmeister vnd Forstknechte. Item pro-
hibere, ne arbores excidantur, & multare contra facientes,
Bocer de regal. c. 1. n. 69. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 432. & seqq. Kamman. d. loco. Atq; hæc duo unum totum constitu-
unt, quod vulgò appellari solet *Forstliche Obrigkeit / Bocer. & Carpz. dd. locis.*

122. Secunda Classis continet bona **EREPTITIA &
CADUCA.** Caducum propriè antevertitur, antequam in-
possessionem alicujus veniat. Ereptitium aufertur ex jam
possessis, ut distinguit Contius, quem allegat *Arnifæus de jur. maj. lib. 3. c. 6. n. 1. Kamman. regal. disp. 8. tb. 1.* Nec multum abest
Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. m. 1. n. 137. Ereptitorum no-
mine veniunt **BONA PUBLICANDA**; namq; ut generali-
ter dicam, **JUS BONORUM PUBLICANDORUM** de re-
galibus est *Peregr. de jur. fisc. lib. 5. t. 1. n. 30. Vult. 1. de Feud. 5. n. 7. v. XIII.* Qualia primò sunt **BONA COMMITTENTI-
UM CRIMEN MAJESTATIS**, quæ Regalibus adscribun-
tur

etur *c. quæ sint regal.* In iis ergo casibus, cum bona ipso jure publicantur, ex die delicti commissi fructus ad fiscum pertinent quasi ad dominum *l. § ex diverso 35 §. 1 ff. de rei vind.* & potest fiscus res alienatas etiam titulo oneroso vindicare absq; pretii restitutione, *arg. l. si mancipium 23. C. de rei vind. § l. incivilem 2. C. de furt. Peregr. de jur fisc. lib. 5 t. 1. n. 173.* Hujusmodi ut & aliorum publicatorum bonorum petitiones quamvis sublatae sint, *t. t. C. de petitionibus bon sublat. lib. 10.* inverecunda tamen sæpe aulicorum importunitas, Principum liberalitatem justam antevertit, adeo ut citius donata, quam de crimine pronunciatum sit, & bona publicata inveniantur.

123. Ereptitiis etiam adjunguntur BONA CONTRAHENTIUM INCESTAS NUPTIAS *c. quæ sint regal.* quæ ipso jure publicantur, ita ut illorum dominium in fiscum transeat *auth. incestas C. de incest. nupt Nov. 12 c. 1. Peregr. de jur. fisc. lib. 4. t. 5. n. 16. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 11. n. 36.* quamvis simul opus sit ad avocandam possessionem sententia declaratoria facti *Peregr. d. t. 5. n. 8. Gail. de pac. pub. lib. 2. c. 3 n. 8. § seq. Wurmbf. lib. 1. tit. 50. obs. 3 n. 3. Sixtin. d. loco n. 37.* Et hæc vera sunt, nisi extent liberi justii ad tertium gradum, parentes ad secundum; item frater, soror, patruus & amita *l. si quis incesti 6. cum auth. seq. C. de incest. nupt. d. Nov. 12. c. 1. § 2. Borch. ad. c. quæ sint regal. n. 80. Vult. 1. de feud. c. 5. n. 7. v. XI. Bocer. de regal. c. 3. n. 56.*

124. Liberi itaq; ex incestis nuptiis procreati nõ sunt in potestate parentum, *d. l. si quis incesti §. si adversus 12. Inst. de nupt.* nec alendi de jure civili, *Nov. 89. §. fin.* Secus de jure Can. ut æquiore *c. cum haberet 5. extra de eo qui duxit in matr. quam per ad. poll. quod & hodie obtinet Gail. 2. Obs. 88. n. 4.* Quia alimenta denegans necare videtur, *l. necare 4 ff. de lib. agnosc.* Et ut liberi hi parentibus non succedunt, neq; ex donatione inter vivos, vel ex ultima voluntate patris vel matris per se vel per interpositam personam capere possunt, *d. l. si quis incesti;* ita parentibus hi liberi nihil, relinquere possunt, *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 11. n. 15.*

125. Hisce subnectuntur *in d. c. quæ sint reg.* BONA DAMNATORUM & PROSCRIPTORUM. Damnati sunt, qui ob crimen aliquod capite damnati, tacito jure ipsa damnatione bona sua amittunt. Proscripti sunt criminis alicujus rei, quorum bona non nisi per sententiam expressè publicantur *Cujac. in π. C. tit. de bon. prosc. seu damn. Bocer. de regal. c. 3. n. 60.* quamvis alii eos aliter describant, ut sunt *Borch. ad d. c. n. 81. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 12. n. 3. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. m. 1. n. 152. & seq.* Eorum autem bona fisco vindicantur, si non existant ascendentes & descendentes usque ad tertium gradum inclusivè, *Nov. 134. c. fin.*

126. De collateralibus idem statuunt communiter. *Dd. Peregr. de jur. fisc. lib. 5. t. 1. n. 4. Borcholt ad d. c. quæ sint regal. n. 83. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. v. XII. Arum. disp. feud. 4. th. 20.* allegantes authenticam *bona damnatorum C. de bonis proscript. seu damn.* ab Irnerio insertam, à quibus dissentiunt *Treutl. vol. 2. disp. 31. thes. 7. tit. b. Sixtin. d. loco n. 25. & seqq. Matth. Steph. d. loco n. 157. Bocer. de regal. c. 3. n. 71. & seq. Kamm. regal. disp. 9. th. 12.* Sed ab eo, quod jure communi de confiscatione bonorum receptum est, recessum esse generali consuetudine, excepto crimine Majestatis & hæreseos, tradit *Peregr. de jur. fisc. lib. 5. t. 1. n. 8. Matth. Stephan. d. loco. n. 169. Schultz. Syn. feud. c. 7. n. 169. v. sanè hodiè.* Quod sine omni exceptione verum esse cum *Sixtin. d. c. 12. n. 93. & seq.* rectè negamus, ut in disquisitione patebit.

127. Ereptitiorum numero sunt, BONA QUÆ INDIGNIS AUFERUNTUR *l. cum tacitum penult. ff. de jur. fisc.* quæque regalibus fisci adponuntur *c. quæ sint regal. l. 1. in pr. & l. edicto 13 §. pen. ff. de jur. fisc.* Differunt indigni ab incapibus. Indignus plus juris habet, quam incapax *Peregr. de jur. fisc. lib. 3. t. 1. n. 3. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 10. n. 4.* quippe quod INDIGNUS sit, qui ex defuncti hæreditate aliquid & capere potest, & capit etiam, sed quod cepit retinere non potest, quod vel testator vel lex ipsum eo indignum judicavit, *Bocer. de regal. c. 3. n. 39. Kamm. regal. disp. 10. th. 3.* INCAPAX est, cui relicta ab initio inutilia sunt, & pro non scriptis ha-

H ben-

bentur, *l. cum quidam* 12. *ff. de his quæ ut indign.* & *l. 3. ff. de his quæ pro non script. hab.* Indignus ergò est capax jure, incapax effectu; incapax verò est incapax jure & effectu, *Cujac. in π. C. de his quib. ut indign.* Indignitatis causæ legibus sunt definitæ *Peregr. de jur. fisc. lib. 2. t. 2. n. 2. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 10. n. 2.* Indignos eos, quibus lex adimit hæreditatem & eam, fisco defert, plenius recensent *Peregr. de jur. fisc. lib. 2. à t. 2. ad finem libri secundi, & Sixtin. de regal. lib. 2. c. 10. à n. 13. usq. ad n. 92.* Incapax non ita facile locum fisco facit, nisi si eidem tacitè & clam relinquatur *l. 1. in pr. l. non intelligitur 3. in pr. ff. de jur. fisc. l. in fraudem 10. in pr. ff. de his quæ ut ind. auf.*

128. Huc referuntur MULCTARUM POENARUM-QUE COMPENDIA, quæ ad jus fisci pertinent *l. mulctarum 5. l. fin. §. 4. C. de modo mulct.* & regalibus adscribuntur *c. quæ sint regal.* Differunt autem pœna & mulcta, nam pœna est certa & à lege constituitur; mulcta verò est incerta & arbitrio judicis indicitur, *l. aliud. 131. §. 1. ff. de V. S. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 8. n. 15.* Inde à mulcta appellatur regulariter; à pœna non item, quia legis gravamen est, *l. si qua pœna 244. ff. de V. S.* alias differentias recensent *Peregr. de jur. fisc. lib. 4. t. 8. n. 2. Sixt. d. loco n. 4. & seqq. Borcholt ad d. c. n. 65. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. m. 1. n. 230. & seq.* Non tamen omnis pœna statim fisco adjudicatur, sed ea tantum, quæ pro crimine extraordinem vel publico judicio infligitur, *Pereg. d. t. 8. n. 5. & n. 13. Matth. Steph. d. loco n. 240. Boc. de regal. c. 3. n. 17. Arum. disp. feud. 4. th. 20. Kamman. regal. disp. 8. th. 33.* Et sæpè inter partem læsam & si cum pœna decernitur, atque ita in Camera Imperiali & aula Cæsaris decerni solere tradit *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 8. n. 86.*

129. De moribus hodiernis compendia multarum pœnarumque censentur esse fructus jurisdictionis, & magistratibus debentur, *Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. t. 5. n. 43. Wesemb. in π. C. de modo mulctar. n. 6. Arnif. de jur. maj. lib. 3. c. 6. n. 17. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. m. 1. n. 241. Arum. disp. feud. 4. n. 20.* quanquam de jure civili hæc doctrina vix subsistat *Bocer. de regal. c. 3. n. 19.* Quin & hodie Principes inferiores,

res, civitates Imperiales, Comites, Barones & Nobiles concessione Imperatoris vel præscriptione hæc compendia sibi adquisiverunt *Bocer. d. loco n. 13. Kamman. d. loco th. 37. Conrad von Einsidel de regal. c. 3. n. 118.*

130. Regalibus fisci adduntur BONA EORUM, QUI SIBI MORTEM CONSCIVERUNT *t. qui rei 3. ff. de bon. eorum qui ant. sent. l. 1. & 2. C. eod. l. in fraud. 45. §. 2. ff. de jur. fisc. l. 2. C. qui testam. fac. poss. sed requiritur, ut metu futuri supplicii ex sola criminis conscientia se interfecerint d. l. qui rei 3. in pr. d. l. 45. §. 2. & l. 1. C. de bon. eorum, qui ante sent. & si eo crimine nexi fuerint, ut si convincerentur, bonis careant, d. l. qui rei §. 1. & §. 3. Peregrin. de jur. fisc. lib. 4. t. 4. n. 1. Joachim. à Beust. in repet. l. admonendi 31. ff. de jurejur. n. 1180. Conrad von Einsidel de regal. c. 3. n. 219. Qui ergo doloris impatientia, ærisve alieni, aut vitæ tædio, aliave de causa mortem sibi intulerint, hæredem habent ex testamento, vel ab intestato. *d. l. qui rei §. 4. & d. l. 45. §. 2.**

131. Ad secundam classem & CADUCA referuntur, cujusmodi sunt BONA VACANTIA *per text. in c. quæ sint regal. l. quidam 96. §. 1. ff. de legat. 1. tot. tit. C. de bon. vacant. lib. 10.* Et sunt bona illius defuncti, qui nullum ex qualibet sanguinis linea vel juris titulo legitimum reliquit intestatus hæredem, vel bonorum possessorem, *l. vacantia 4. d. t. C. Bocer. de regal. c. 3. n. 27.* Ut ergò bona vacantia sint, requiritur, ne testamentum adsit, nec supersit ex qualibet sanguinis linea hæres, *l. filiasfam. 114. §. 2. ff. de legat. 1. l. 1. & l. 4. C. de bon. vacant. lib. 10.* nec ex juris titulo alii sint hæredes, ut sunt adoptivi, & arrogati *§. sed hodie 2. & §. sed si quis 7. Instit. de adopt. l. 1. §. fin. ff. de suis & legit. hæred. l. cum in adoptione 10. C. de adopt. & conjuges. t. t. ff. unde vir & ux.*

132. Succedit itaque fiscus duobus modis, primum, quando ab ipso defuncto est institutus hæres: deinde quando deficit legitimus successor *d. l. vacantia.* Et capit fiscus ea bona cum onere suo, ut satisfaciat creditoribus, *l. si marito 31. ff. solut. matrim. & præstet legata, & fideicommissa, d. l. quidam 96. §. 1. ff. de legat. 1.* In feudis tamen hisce casibus fiscus non succedit, sed dominus feudi *c. un. §. etsi, lib. 1. Feud. t. 13.* Et

de jure Saxon. bona vacantia ad judices deferuntur, qui jure
fisci utuntur, *Wesembec. π ff. de jur. fisc. in fin. Carpzov jurispr.*
for. p. 2. c. 14. tb. 61.

133. Jam etiam de THESAURO. Hujus dimidium in
loco Cæsaris inventi, non data opera vel loco religioso fisco
vindicatur, & regalibus minoribus accensetur *c. quæ sint regal.*
l. non intelligitur. 3. §. si in locis 10. ff. de jur. fisc. cujus juris ratio-
nem reddit Bachov. ad §. thesauros 39. n. 4. Inst. de R. D. Totus
autem est Cæsaris, si fuerit inventus data opera d. §. thesauros
39. d. c. quæ sint reg. vel artibus magicis l. un. C. de thesaur. lib. 10.
nisi dicto modo in privati fundo repertus sit, quo casu domi-
no loci cedit *d. l. un. v. quod si nobis C. de thesaur. lib. 10.*

134. Verum cum hodiè loca sacra & religiosa non am-
plius sint in nullius bonis, sed in Dominio Ecclesiæ, dimidium
illud thesauri, aut si data opera, aut arte magica fuerit inven-
tus, totus est Ecclesiæ *Job. Fab. ad d. §. thesauros 39. n. 4. & ibid.*
Schneidevv. n. 9. Wesemb. n. 6. Peregrin. de jur. fisc. lib. 4. t. 2. n. 7
v. verum apud nos. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 21. n. 38. & seqq. Ar-
nis. de jur. maj. lib. 3. c. 6. n. 24. Eamque sententiam commu-
niter à Dd. receptam esse tradit *Sixtin. d. loco. ne sit deterior*
conditio Ecclesiæ quàm privati Arnif. d. loco. Qui verò in
loco fisci thesaurum invenerit, & partem ad fiscum pertinen-
tem suppresserit, totum cum altero tanto cogitur solvere *l. 3.*
§. fin. ff. de jur. fisc.

135. Hic examinanda quoque veniunt duo illa jura,
in Gallia & aliis regnis usitata, qualia sunt BONA PEREGRI-
NORUM ibidem morientium, de quibus supra *tb. 58.* Et BO-
NA NAUFRAGORUM *Job. Fab. in §. fin. circa fin. Instit. de*
R. D. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 3. n. 31. & seqq. Arnif. de jur. maj.
lib. 3. c. 6. n. 19. Sed alterum jus hospitalitatis, quod Christia-
nis religiosè observandum est, violat *Arnif. d. loco. n. 20.* Alte-
rum verò afflicto addit afflictionem, quod est inhumanum,
arg. §. fin. Inst. de action. l. jure succursu 6. in pr. ff. de jur. dot. &
juri naturali & æquitati repugnat: quod enim jus habet fiscus
in aliena calamitate, ut in re tam luctuosa compendium se-
ctetur, inquit Constant. in l. 1. C. de naufrag. lib. 11. confer l. ne-
quid 7. ff. de incend. ruin. & auth. navigia C. de furt.

136. Qui ergo naufragorum res furripiunt, aut lu-
erantur, in quadruplum naufragium passo & in tantundem
fisco condemnantur *l. 3. §. fin. ff. de incend. ruin. & de jure ca-*
nonico ipso facto sunt excommunicati, c. excommunicati 3.
extra de raptorib. & contra eosdem in Camera Imperiali mā-
data sine clausula decerni solere, tradit Gail. 1. Obs. 18. n. 6.
Sixtin. de regal. lib. 2. c. 3. n. 90. Kamman. regal. disp. 8. th. 24. Id
tamen naufragii jus licitum est, cujus vigore Majestas ar-
rogat sibi bona naufragorum, quorum domini ignorantur,
quæ dividuntur inter Principem & inventorem, instar the-
sauri, *Besold. de maj. sect. 3. c. 7. n. 7.*

137. Ultimo loco venit tertia classis eorum regalium,
quæ ABONIS PRIVATORUM petuntur, ubi primò confi-
derantur VECTIGALIA. Vectigal (alias telonium &
gabella item dacium) hoc loco non est, quod è publicis reb9
fisco penditur, de quo supra prima classe; sed quod ex bonis
privatorum venalibus, sive pro reb. civitati in vectis & evectis
publico solvitur, *Alciat. ad l. eñ qui vectigal 16. ff. de V. S. quod &*
innuit Sixtin. de regal. lib. 2. c. 6. n. 1. Kamman. regal. disp. 11. th.
41. & seq. Vectigalia qui conducta habent, vocantur Pu-
blicani, *d. l. 16. §. 1. de publican.* quantum autem solvatur,
consuetudo cujusq; loci est spectanda, *l. si publicanus 4. §. fin.*
ff. de publican. Ea non nisi ob justam & rationabilem cau-
sam instituenda, *Myns. cent. 5. Obs. 31. n. 3. & seq. Sixtin. de re-*
gal. lib. 2. c. 7. n. 43. & seqq. Kamman. d. disp. th. 50. Honestissi-
mum autem vectigal est, quod ex illis rebus colligitur,
quæ ad luxum pertinent & libidinem *Bodin. de repub.*
lib. 6. c. 2. Kamman. regal. disp. 11. th. 70. Carpz. de L. Reg. German.
1. sect. 3. n. 2. & seqq. penditur etiam illud ob mutatio-
nem domicilii, *Gail. de arrest. c. 14. n. fin. Kamman. d. loco n. 71.*

138. Ad eorum ergo præstationem quilibet tenetur,
l. ex præstatione 7. C. de vectigal. & commiss. quod intellige de
privatis personis *l. omnium 6. C. d. t.* Hinc fiscus nihil præ-
sta. *l. universis. C. de vectig. l. locatio 9. §. fin. ff. de publican.* nec
privilegiati, quales sunt Princeps, Præsides provinciarum,
Illustrissimi, Illustres, Generosi, Nobiles, Principum, Ca-
meræ & Parlamentorum Consilarii, Assessores, Fiscales, Se-
creta-

cretarii & similes. Porro & legati exterarū gentiū *Sixt. de regal. lib. 2. c. 6. n. 110. & seqq. Peregr. de jur. fisc. l. 6. t. 5. n. 23. & seqq. Kam. d. disp. 11. th. 77. & seqq.* item navicularii, *d. l. omniū l. 1. §. fin. C. de navicul. lib. 10.* quatenus nēpe publicæ annonæ vehendæ serviunt, *l. semper §. negotiatores ff. de jur. immun.* Quibus annumerantur & Ecclesiasticæ personæ, Academiarum Professores, & omnes, qui literis operam dant in Academiis, itemq; hospitalia, *Sixtin. d. loco n. 114. & seqq.*

139. Cæterū non omnes res vectigal præstant, & generaliter earū rerum vectigal, quarū nunquam præstitum est, præstari nō potest *l. locatio 9. §. earū 6. ff. de publican.* Non penditur vectigal rerum exercitui paratarum *d. l. 9. §. res exercitui 7. Peregrin. d. loco v. item res.* Nec pro iis rebus, quæ ruis excercendi causa vehuntur *l. universi 5. C. de vectigal.* (quanquam pleræq; editiones pro voce ruis legant juris) *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 6. n. 127.* Nec etiam pro iis rebus quibus quis ad usum suum carere non potest, *d. l. universi.* Nempe quod victus sui causa ab aliquo paratum est *l. in lege Censoria 203. ff. de V. S. & l. cum in testamento 28. ff. de auro argent. mund.* quæ à Dd. extenduntur ad ea, quæ quis pro usu familiæ suæ comparavit *Sixtin. d. loco n. 130.* Quanquam hoc jus commune in desuetudinem abierit *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 6. n. 128. & seq. Bocer. de regal. c. 2. n. 206. Arnif. de jur. maj. lib. 3. c. 7. n. 5. Kammi. regal. disp. 11. th. 60.* Quilibet tamen res suas profiteri tenentur, alias in commissum cadunt, *l. fin. §. quoties 3. ff. de public. Cujac. lib. 14. Obs. 3.* quamvis quidam ex Dd. contrarium statuunt, quos citat *Anton. de Amatis decis. 35. n. 4.* Et aliās professio hoc operatur, ne res cadat in commissum *d. l. fin. §. si quis 12.*

140. A vectigalibus differunt tributa, quod hæc sint onera fructuum, *l. 7. §. 2. v. hætenus ff. de usufr. l. neq. 13. ff. de impens. in res dot. fact. Cujac. 7. Obs. 4. Wesemb. in π. ff. de publican. n. 12. Kamman. regal. disp. 12. th. 26.* vel personis indicantur, quæ collecta capitis vocantur. Offeruntur autem ut plurimum ratione privati soli quod quis possidet *l. 2. C. sine censu vel reliq. fund. l. Indictiones 3. C. de annon. & tribut. lib. 10. & ibi Cujac. Gail. 1. Obs. 21. n. 20. Bocer. tract. de collect. c. 10. n. 6.*

Vo-

Vocatur tributum alio nomine contributio, *l. sine heredi-*
bus 32. §. Lucius 6. ff. de admin. & peric. tut. Collatio. l. 27. §. 3. ff. de
usufr. & c. un. que sint regal. ibi: collatio extraordinaria. Itemq;
Indictio, *t. t. C. de indict. lib. 10.* Vulgato nomine COLLE-
CTA, quæ definitur contributio publica, pro reipublicæ cō-
modo vel necessitate à magistratu indicta. Germ. *Stewr*
Schatzung / Hülffgeld / Anlag Bocer. tractat. de collect. c.
1. n. 1.

141. COLLECTA vel ORDINARIA quæ anni-
versaria etiam & canonica vocatur; vel EXTRAORDINA-
RIA est *l. 1. in fin. C. de indict. l. omnes 5. C. de annon. & trib. lib.*
10. Bocer. de regal. c. 3. n. 199. Kamman. disp. regal. 12. th. 2. Et
collectandi hoc jus de regalibus est *Sixtin. de regal. l. 2. c. 14. n.*
17. Bocer. de collect. c. 1. n. 21. & seqq. Arnif. de jur. maj. lib. 3. c. 7.
n. 10. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 1. c. 38. n. 19. Carpzov. jurisp.
for. p. 3. const. 16. def. 10. n. 1. Non possunt autem collectæ sub-
ditis imponi, nisi id publica exigat utilitas vel necessitas *Gail.*
2. Obs. 53. n. 1. Bocer. tract. de collect. c. 6. n. 53. Carpz. de L. Reg.
Germ c. 8. sect. 5. n. 6. & absq; illis causis vi extortæ censentur
Mascard. de probat. concl. 316 in fin. Kamman. regal. disp. 12. th. 39.
& expilationem præsentem, & servitutum futuram indicant
Kamman ibid. Indicunturq; pro viribus subditorum *l. omnes*
12. C. de operib. publ. & l. 1. ibi: pro modo fortunarum C. de muner.
patrim. lib. 10.

142. EXTRAORDINARIA illa COLLATIO
ad felicissimam regalis numinis expeditionem, quod
regalibus *c. un. que sint regal.* rectè annumeretur, evinci-
tur etiam ex eo, quod non nisi ex iudicio & præcepto
Imperatoris exigi possit *l. un. C. de superind. lib. 10.* Dicitur
alias superindictum, Germ. *Römerzug vnd der Türcken Hülffe*
Kamman. d. disp. 12. th. 67. Est autem superindictum augmen-
tum ordinariæ & canonicæ indictionis *Cujac. ad d. l. un.* Quo
regali comprehenditur etiam FODRUM REGALE, cuius
Fridericus *in Const. de pac. Const. §. nobis autem meminit,*
quod non solum pabulum equorum ein Futter, sed & o-
mnem extraordinariam annonæ militaris collationem si-
gnificat *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 14. n. 3. & seqq. Bocer. de regal. c. 3.*
n. 212. Kamman. regal. disp. 12. th. 66.

143. Hodie extraordinaria collatio non à solo Imperatore, sed ex consensu statuum Imperii indicitur, quod ex multis Imperii recessib. deducunt *Bocer d. loco n. 213. Schultz. Syn. feud. c. 7. n. 174. v. quod superindictum. Conrad von Einsidel de regal. c. 3. n. 255. vide & Carpzov. de L. Reg. German. c. 8. n. 24. & capitulationes Ferdinandi II §. 10. & moderni Imperatoris Invictissimi §. 13.* Quin & eam impositam Principes aliq; Imperii status à subditis suis exigere possunt, *Bocer. & Schultz. ibid. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 14. n. 129.* Quæ verò collectæ, cum magis in modum executionis exigantur, quàm jure proprio, & vigore regalium, faciunt, ut talis subcollectio non sit de eorum regalibus, *Sixtin. d. c. n. 31. Kamman. regal. disp. 12. th. 37.* Et si hæ collectæ contra Turcam imponantur, non bonis tantum, qualia etiam sint, sed & capitibus atq; adeo etiam ministris injungitur, ut nec clerici, nec Ecclesiæ, neq; etiam monasteria, sive feuda ab Imperatore habeant, sive non, aliq; omnes omnino status, licet maximè privilegiati, immunitatem habeant, quod patet ex Recessib. Imperii, quos citat *Schultz. præallegato loco. confer. Kamman. regal. disp. 12. th. 23. & th. 60. & seqq. Carpz. jurispr. for. p. 3. const. 28. def. 19. n. 15.*

144. Ex privatis bonis etiam fiscum ditant SALINARUM REDITUS, qui in albo regalium *d. c. un. quæ sint regal. recensentur.* Non intelligit autem Fridericus *d. c. salinas publicas*, ut suspicatur *Gothof. in not. ad d. c. in voce salinarum* quæ ipsius Principis sunt, & alio respectu à *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 19. n. 12.* post alios, quos allegat, inter Regalia etiam referuntur, à quibus dissentiunt *Bocer. de regal. c. 3. n. 175. v. quod attinet. Conrad von Einsidel de regal. c. 3. n. 332.* Neq; privatarum salinarum emolumentum omne; quippe quod eæ proprietatis jure sint eorum, quorum in prædiis sunt, *l. 3. §. fin. l. 4. l. 5. in pr. & §. 1. ff. de reb. eor. qui sub. tut. & l. 4. §. salinæ ff. de censib.* atq; illæ in fructu prædiorum habeantur *l. fructus 7. §. sed si cretis fodinæ ff. solut. matrim. l. item 9. §. sed si 2. & §. seq. ff. de usufr.* sed partem reddituum, nempe vectigal aliquod, seu canonem, qui fisco de privatis salinis debetur, *l. inter publica 17. §. 1. ff. de V. S. Sixtin. de regal. lib. 2. c.*

19. n. 7. *Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. v. XIX. Rauchbar. part. 1. q. 22. n. 4. Bocer. de regal. c. 3. n. 175.* vocaturque à Pontifice salinarium, in *c. super quibusdam 26. §. præterea extra de V. S.*

145. Non delant tamen, qui per salinarum reditus omne commodum, omnesque fructus salinarum intelligunt, & regalibus annumerant, tametsi salinæ in privatorum prædiis inventæ fuerint *Schultz syn. feud. c. 7. n. 180.* Sanè in Gallia omnes salinæ Regis propriæ sunt, nec sibi licet aliunde in-
vecto sale uti, *Cujac. 3. obs. 31.* Hodie non solum Electores vi-
gore *A. B. tit. 9.* sed & alii nonnulli Principes & ordines Im-
perii ex præscriptione, vel ex concessione ipsius Imperatoris,
hoc jus tanquam regale exercent, *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 9. n. 15. & seq.* adeò ut salinarum reditus, absque speciali Principis
concessione, nemo in suo fundo sibi vindicare possit. *Rauchb. p. 1. q. 22. n. 1. Carpzov. Jurispr. for. p. 2. const. 53. def. 2.* quod hic
comprobat exemplo salinarum Hallensium, quas cives titulo
feudi possident.

146 Regalium minorum agmen claudunt ANGA-
RIARUM, PARANGARIARUM, PLAUSTRORUM &
NAVIUM PRÆSTATIONES, daß man dem Fürsten mit
Kossen / Wagen / Schiffen vnd dergleichen Frohnen diene /
Hoffdienste / Schildwache in Kriegsleufften / *c. un. qua sint re-
gal. Arum. disp. feud. 4. th. 20. Besold. de maj. sect. 3. c. 7. n. 13.*
quia soli Imperatori debentur *l. neminem 11. C. de S. S. Eccles.*
& cui ille eas concedit *l. iudicibus 9. C. de curs. publ. lib. 12.* An-
garia (*ἀπό τῆς ἀναγκῆς*, quod compulsionem, sive coactio-
nem violentam, & quod necessariò injungitur, significat) est
transitus per viam publicam, quæ & cursum habet. Paranga-
ria verò per viam transversam *Cujac. ad rubric. C. de curs. publ. lib. 12. Gothofr. ad d. rubr. C. Borcholt. ad d. c. un. n. 84. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 13. n. 39. Bocer. de regal. c. 3. n. 239.*

147 Referuntur etiam Angariæ & Parangariæ ad mu-
nera patrimonialia sive realia. *l. fin. §. patrimoniorum 12. ff. de
munerib. l. sunt munera 11. ff. de vacat. mun. l. cum ad felicissimã
2. C. d. quib. mun. vel præstat. nem. lic. se exc. lib. 10. l. hac nostra
2. C. de præpos. sac. cub. lib. 12.* (licet gl. & Dd. communiter sint
in contrarium, quos recensent *Borcholt. ad d. c. un. n. 82. Sixtin.*

I d.

d. loco. n. 17.) quæ exiguntur à provincialibus in transvectione armorum *l. fin. C. de fabric. lib. 11.* vel specierum *l. 1. C. de quib. munerib. lib. 10.* & ibi *Cujac.* vel ob quamlibet publicam necessitatem *Cujac. ad rubr. C. de curs. publ. lib. 12. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 13. n. 10. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. v. XIV.* Exiguntur autem à privatis plaustra, jumenta (utpote equi, boves, muli & asini) naves, operæ extra ordinem *Cujac. d. loco.* Quæ cuncta sub voce angariarum generaliter accepta comprehenduntur, licet aliquando ab iisdem angariæ separata legantur, *Cujac. ad l. ult. C. de fabric. lib. 11. Borcholt. ad c. un. quæ sint regal. n. 84. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 13. n. 11. 12. & 14. Bocer. de regal. c. 3. n. 237. Kamman. regal. disp. II. th. 18.*

148 Jumenta quæ præstant provinciales diversa sunt à Veredis, qui sunt equi, seu muli cursuales, publico cursui destinati itemq; à paraveredis, qui videntur fuisse majores equi clitellarii & agminales, qui convehunt post exercitum impedimenta, *Cujac. ad rubr. C. de curs. pub. Bocer. de regal. c. 3. n. 241. & seq.* qui non privatorum, sed publica erant animalia *l. gravissima 10. & l. animalia 18. C. de curs. publ. lib. 12.* licet sumtu provincialium eorum stabula exstructa fuerint, *l. in omnib 7. C. d. t.* Nec iis privati in suos usus utebantur *l. nullus 11. C. d. t.* sed tantum, qui publicæ functionis causa proficiscebantur *l. iudicibus 9. C. d. t.* Angariarum verò & parangariarum ratione præstantur tantum equi privati, ad cursum publicum perficiendum, vel onus aliquod in causa publica deportandum. *Bocer. d. loco n. 247.*

149 His ita præcognitis, definiuntur angariæ & parangariæ esse munus, quod ob negotium aliquod publicum, cui celeriter necessitate ita urgente vehendis oneribus providendum est, privatis imponitur *Sixtin. d. loco n. 10.* Ab harum præstatione, & maximè, si ad felicissimam regalis numinis expeditionem exigantur, nemo excusatur *l. sunt munera 11. ff. de vacat. mun. l. neminem 11. C. de SS. Eccles. l. cum ad felicissimam 2. C. à quib. mun. & præstat. lib. 10. l. nullus 21. C. de curs. publ. lib. 12.* Et quoniam hoc regale Imperii Principibus & Statibus ex concessione vel præscriptione competit, ideoque, ne nimium subditi hisce operis onerentur, remedia adversus abu-

abusum & sævitiam dominorum subditis sunt concessa, de quibus *Mynsing. cent. 5. obs. 8. Gail. 1. obj. 17. & de arrest. c. 10. n. 7. Hartm. Hartm. lib. 2. t. 54. obs. 43. Sixtin. d. loco n. 48. & seqq. Kamman. reg. disp. II. th. 26.*

150 Regalia hæc ut à superiore habente diversimodè acquiruntur, ita etiam multis modis eadem per privilegium vel per investituram concessa, aut consuetudine vel præscriptione acquisita amittuntur. Et generaliter causa acquisitionis est etiam causa amissionis *l. nihil. 35. l. omnia 100. & l. 153. ff. de R. I.* Sed singulos hosce modos præter alios recensent *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 6. Conrad von Einsidel de regal. c. 4.* His etiam remedia & actiones, quibus jus regalium quæsitum quis tueri possit, quæ *Sixtin. d. lib. 1. c. 7.* prodidit, addi possunt. Uberioribus esse nobis jam non licet. Quibus cum jugi & ardenti voto ad supremam Majestatem, pro Imperii Romano-Germanici Majestatis sempiterna florentissimaque felicitate hic discursus clausus esto.

COROLLARIA.

1. Regalia quot sint vix definiri potest, quoniam usu & consuetudine induci potest, ut aliquod regale sit, quod jam pro regali non habetur.

2. Absoluta potestas sive plenitudo potestatis regalibus non est accensenda.

3. Differunt regalia ab iis bonis quæ regalem dignitatem annexam habent, & cum in feudum recognoscuntur, regalia feuda appellari solent.

4. Aureæ bullæ an quidquam derogari, aut illa in totum abrogari possit, queritur? utrumq; affirmatur.

5. Penes Dictatorem Romanum fuisse Majestatem contra plerosq; Politicorum cum Grotio de jur. bel. & pac. lib. 1. c. 3. n. II. asserimus.

6. Imperia Regum & Principum ex fastu & superbia originem non sumserunt.

IXV. Cesareæ Majestatis potestas ex libris ff. & C. non potest definiri.

8. Capitulatio de data Casari potestate nihil imminuit, sed
quas Majestatis partes non impertiant Electores declarat.

9. Quibus accedat & hoc πείραγμα: Filius de jure feuda-
li & Saxonico non potest repudiare hereditatem, & consequenter
onera hereditaria, & retinere feudum, sed utrumq; aut repudiare,
aut retinere cogitur, quod & in filia procedit.

Præcellenti Viro - Juveni,
DN. JOANNI FRIDER. SVESERO,
jurium Candid. dignissimo,

Quid sit MAJESTAS, quid sit REGALE, Svesere,
Publicitùs summâ dexteritate doces.
Auguror, hinc doctis REGUM jungere ministris,
Dicturus populo jura colenda tuo.

m.

Erasmus Ungepaar D.
& Ordinarius.

Sint aliis curæ rigidi certamina Martis,
Civilis Sophiæ Tibi castra placent, Themidosq;
Foedera pertractas. Foetum dum prodis in auras
Divitis ingenii: precor hinc, ut præmia portes
Digna labore tuo, pergasq; insistere cœptis.

Testandi affectus ergò deproperabam

Christoph Philip Richter / J. U. D.

Prof. P. & p. t. Fac. Jur.

Decanus.

EXI-

EXIMIO ET ERUDITISSIMO

Dno SVESERO

S.P.

Non multas solùm vidisti sedulus urbes,
Et variis linguis perpoliisti animum:
Sed nodos etiam & perplexa ænigmata Juris
discutis, & Genii fers bona dona tui.
Dignus uterq; labor, quem laudem pollice utroq; ,
atq; cui plausum tota cathedra ferat.

*Bona scevæ ergo
adpon.*

Godfried Fiebig
D & P.P.

In penito occultat quæ Juridicina recessu,
eruis & clara in luce videnda locas.
Ista Themis vidit, meus hic, dixitq; satelles
naviter inservit intrepideq; mihi.
Pulchra futura ipsi merces; æterna corona
quæ lambat doctas haud peritura comas.

*Ostendis SVESERE, ex promptuario varia lectionis &
penitioris jurium scientiæ tuæ quam multo su-
dore longos annorum tractu in multis Acade-
miis comparasti, Specimen arduum, Hoc omne
commendabit multis bonis, quos ut faventes ex-
periaris, virtus meretur tua. scrib. Wernerus
Rolfinck, Hamburg. Phil. Med. D. Practicæ &
Chimie P.P.*

Majestate nihil Sol cernit majus in orbe,
Hæc est supremo proxima Sola Deo.
Si tractatarum extollit præstantia rerum
Doctrinam, veluti tradit Aristoteles.

I 3

Occu -

Occupat ista locum Tua Dissertatio summum,
Et faciet summo te quoq; stare loco.

*Eximie Docto Dn. Svesero, eruditæ
dissput. Autori. fautori amicoq;
singulari grat. e. f.*

Andreas Ramdohr D.

Ingenium, perdocte, tuum SVESERE, Lycæum
non unum terræ Teutoniæ erudiit.
Doctrinæ decus hinc prudentis Belgium adauxit,
Angliaq; & doctis Gallia clara viris.
Indicio id certo tua dissertatio prodit,
quâ Majestatis jura verenda doces.

Pulchrè! Sacra Themis jamdudum visa corollam
texere, quâ cingat tempora, læta, tua.

*Præstantiss. Dn. SVESERO, amico,
faustæ acclamat.*

ergò

adponeb. properatò

Philippus Horst / Brunsvigâs
P.P. Facult. Philos. Senior.

Proelia cum subeas felici Marte, Minervæ
Et scandas Salici pulpita docta chori:
Gratulor ex animo, cedat victoria fausto
Sidere, teq; Deus prosperitate beet!

Ita Eximio Domino Resp. Fautori

& Amico suo, Φιλίας ἔνεκα

accin.

M. Joh. Pet. Dieffenbach.
S.S. Theol. Stud.

Evehit

Evehit ad summum Virtus, nec deserit unquam
Cultores ritu perpete Musa suos.
Te, precor, ad multos vehat hoc conamen honores,
Et maneat ausus digna brabea tuos!

Ita gratulatur

*Fautori ac amico suo honoratis-
simo Dn. SVESERO*

M. Adamus Kopp.

Dactylisches Sonnet.

Freylich/ ach freylich muß vor seyn gedrungen
Hindurch die Wüsten/ durch Klippen vnd Fluth/
Ehe dir Canaan leset den Muth;
Freylich/ ach freylich muß vor seyn gerungen
Vmb dich/ O Tugend/ du edeles gut/
Nimmer geheschelet das zärtliche Blut/
Anders sich keiner zum Himmel geschwungen.
Ebener massen auch dir es gelungen
Nicht ohne Muhe / Hit/ Hagel vnd Schnee/
Bruder-Freund / bendes zu Lande / zu See /
Dich hat das Wetter ja wenig verschonet.
Aber sey munder erwarte der Zeit/
Fama die dencket/vnd dichtet bereit/
Welcher art dir sey die Vnlust verlohnet.

Gutmeinend dieses

Ernst Christoph Homburgk.

Sonnet

Grecht / mein liebster Freund! vff dieses Berges Zinnen
Den du ersteigen wilt/ den du ist kletterst auff/
Der dir so saure macht/ der weist dir eben drauff
Den grünen Lorber-Kranz/ den wirstu bald gewinnen/

Zu

GH
TH
4624

Zu deinem hohen Ruhm; so du nur deine Sinnen
Lest herrschen vber dich/vnd gönnen ihren Lauff.
Drumb steige tapffer fort / mein werther Freund wohl
auff /
Handhabe deinen Muth/ dein fröliches beginnen/
Ein schlechtes ist es noch / was wiltu dich viel lehren
Ist an das müde sehn? Ach steige / steige fort!
Du bist sehr weit hinan / sieh da ist gleich der Orth
Wo dir die beste Gunst Apollo wil verchren/
Ist bistu nah darben / greiff zu/greiff zu/greiff zu!
Disß ist der Tugend Sold/ der schweren Arbeit Ruh.

H. G. Pehrifchsen.

*Eximio Dn. Respondenti, Conterraneo & Amico suo
honorando.*

Nullius est usus clausâ candela sub arcâ
Pôsta, nec abstruso condita Gaza solo.
Sic nil scire tuum est, nisi te scire hoc sciat alter:
Prome igitur, tibi quod, docte SWESERE, datum.
Opportuna venit tua Dissertatio: perge,
Perge ita: larga tibi Jura brabéa dabunt.

*l. m^o deproperans
apposuit*

Johan. Casparus Pfeiffer.
N. C.

F I N I S.

Went

quib
mur
bel. &
ges
pti
Eur
quæ
ceril
sint
regr
plen
puli

narc
solu
cum
legil
Maj
tem
Nov
95. i
debe
cenf
lem p
leges
rò nu
hos le

tente
vivur
Licet
luti si
testan
3. C. a
tentia
â. p. 4)

regnum legiti
& Grotio de jur.
is officium. Re
runt Reges Ægy
lit. 10. & quidam
tati quàm reli
i una cum pro
ntum abest, ut
raire studuerint,
Et regum non
i per legem po

to & vero Mo
ictum, iisdemq;
non possunt,
ceps vim suam
d nullius quàm
de LL. facit au
ed ut superior.
Præses Exercit. 2.
ute antecellere
eodem ordine
habet: Nam ta
mines; quare &
ntia: in hos ve
liculus sit, qui in

jure suo remit
modo ex officio
t, comprobent.
us, legibus so
7. Inst. quib. mod.
ex imperfecto.
In quam sen
Imperat. lib. 8.

Nam

